JOH. GEORGII NICOLAI,

JCti & Serenifs. ac Potentifs. Elector. Saxon. Confiliarii Ecclefiaftici

TRACTATUS

De

REPUDIIS

ET

DIVORTIIS,

EX JURE DIVINO, CANONICO, CIVILI ET PROVINCIALI,

Necnon

Præcipuorum JCtorum,

Commentationibus & Refponfis

concinnatus,

Quamplurimis itidem formulis pronunciandi, ac Præjudiciis Supremi Confiftorii Drefdenf. illuftratus, & ad hodiernam Judiciorum Ecclefiafticorum, maximè Saxonicor. praxin accommodatus

CUM PRIVILEGIO ELECTOR. SAXON.

&

Summariis atque Indice rerum & verborum locupletiffimo.

DRESDÆ,

Sumptibus CHRISTIANI BERGENS, Bibliopol.

ET PIRNÆ,

Typis JOHANNIS HEINRICI STREMELII,

Anno M. DC. LXXXV.

SERENISSIMI ATQVE POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ IN SENATU ECCLESIASTICO SUPREMO

DN. PRÆSIDI

PERILLUSTRI, GENEROSISSIMO ATQVE EMINENTISSIMO

DOMINO SUO GRATIOSO.

NEC NON

DNN. CONSILIARIIS

ET

ASSESSORIBUS.

Summè Reverendis, Magnificis, Nobilissimis, Consultissimis & Excellentissimis,

Dnn. Collegis & Fautoribus suis omni observantiæ cultu suspiciendis

UT ET

INCLYTI CONSISTORII LIPSIENSIS ET WITTEBERGENSIS DNN. ASSESSORIBUS.

Maximè Reverendis, Nobilissimis, Consultissimis atque Excellentissimis,

Amicis & Fautoribus plurimum colendis.

S. P. D.

ANnus jam agitur nonꝰ, GENEROSISSIME PRÆSES, Dn Gratioſe, ut & ſummè & maximè Venerandi, Magnifici, NOBILISSIMI, Cõſultiſs. & Excellentiſs. Dnn Conſiliarii atqve Conſiſtoriales, Fautores colendiſſimi, cum ad Conſilia Eccleſiaſtica in Protoſynedrio Electorali Saxonico ſum accerſitus. Ex eo tempore, inter multiplicia in prælaudato Senatu occurentia negotia deprehendi, ſeculo hoc contentioſo, lites de *REPUDIIS* & *DIVORTIIS*, præprimis prævalere, illaq; ſæpius, nonnunquam levibus ex cauſis, & ob ſola jurgia ac tribuſcula, á Conjuge vel deſponſato alteri intentari. Qva de cauſa, materiam

hanc

hanc in Judiciis maximè frequentatam, tam Theologi, quam JCti in præterito & præsenti seculo, & ex iis Beza, Beustius, Gerhardus, Kizelius B. Dn. Bened Carpzovius, Havemannus, accuratus Batavus Brouwerus, ut & novissimè Brunnemannus & Dn. Stryckius, aliiqve, quorum catalogum hîc texere supervacaneum duco, eò diligentius, nonnulli etiam scriptis peculiaribus proseqvi, & pertractare nō dubitarunt. Fateri eqvidem cogor, & lubens fateor, istorum Dd. præsertim Neotericorum, de præfata materia hactenus in publicū emissa scripta, singulari studio elaborata esse, ut illis nihil ferè superaddi posse videatur. Verum cum semper natura novas formas edere deproperet, prout scitè loqvitur Imperat. Justinianus in l. 2. §. 18. C. de veter. Jur. enucl. & in hoc seculo, uti in aliis, sic etiam in Eccle-

ſiaſticis cauſis, per obſervantiã in multis à veteri fuerit receſſum, quin & hodiè multa uſu obtinuerint antiquis incognita, in ſpecie verò in Conſiſtoriis noſtris Saxonicis Proceſſus in *Repudiis & Divortiis*, qvoad modum pronunciandi, & in qvam plurimis aliis partibus, multò limatior & expeditior ſit effectus. Proindè rem non pœnitendam, neqve infructuoſam ſuſcepturus mihi videbar, ſi materiam Repudii & Divortii cum connexis, à Dd. & JCtis plerisqve ſparſim ſaltem, à paucis verò ex profeſſo & peculiariter tractatam, ex ipſorum commentationibus in compendium ſuccinctè, reſectis ſuperfluis, redigerem, illamq; Lectori citra revolutionẽ aliorum Autorum, in uno libello ſuṁatim qvaſi & in Synopſi proponerem. Et qvia, teſte B Dn. Carpzovio feliciores cenſendi illorum conatus, qvi lucu-

lucubrationibus ſuis uſui practico & forenſi inſervire ſtudent, atqve in obſervandis Curiarum & Tribunalium ſententiis, & rerum judicatarum autoritatibus, ſeu Præjudiciis, inſudant, & ſecundum Dd. in margine allegatos, deciſionem Collegiorũ in terminis habere, & ſtylum Curiarum exactè noſſe magnum ſit, obſervantia qvoqve in foro recepta ſtudiosè teneri debeat, illaq; pro optimo Interprete, imò Regina omnium Interpretationum habeatur, ideoq; placuit, ſimul convenienti loco cum præjudiciis noviſſimam obſervantiam Conſiſtoriorũ, imprimis Protoſynedrii Dreſdenſis (præ cœteris Germaniæ Conſiſtoriis conſpicui atqve celeberrimi,) inſerere, omniaqve qvoad ejus fieri potuit, ad praxin hodiernam prædicti ſupremi Judicii accommodare. Cœterum *Generoſiſſime Dn. Præſes,* ut & Ma-

In præfat. de finitionibus forenſibus præmiſſa.

Weſenb. vol. 1. conſil. 24. n. 13. Arum. p. 1. deciſ. 1. n. 19. & ſeqq. Hillig. in Donell. Enucl. l. 26. c. 2. Lit. a. circ. fin. Carpz. l. 3. Reſp. Elect. t. 2. reſp. 18. n. 9. Mev. conſil. 54. n. 178. & conſil. 50. n. 32.

Magnifici & Nobilissimi Dnn. Consistoriales, cum in adornanda præsentis tractatus editione desudarem, & de Patronis ac Protectoribus, pro more & inveterata consvetudine scripturientium disspicerem, VOS, animo & consilio præmeditato, *Divos Tutelares* selegi, qvibus qualescunqve hasce lucubrationes consecrarem. Cujus rei causas habui permultas, easqve satis prægnantes. Etenim, præter primariam causam, Curam scilicet rerum Ecclesiasticarum in hoc Electoratu Saxonico, VOBIS demandatam, qvam spartam hactenus, ex parte Vestra, summa cum laude adornastis, cujus etiam respectu libellus hic meritò ad VOS, *MÆCENATES*, ire debuit, nemoq; alius meliori Jure istum vindicat, permovit me *Generosissime Dn. Præses*, non tantum multoties mihi exhibita gratia, ut & singularis & con-

connata humanitas, quâ per multos jã annos, maximè dum Aſſeſſorem in Protoſynedrio, ſub Tuo nunqvam ſatis laudando Directorio egi, Clientem tuum es proſecutus, ſed etiã admirabilis prudentia in ſuffragiis ferendis, perfectiſſimum Judicium in cauſis decidendis, fides integerrima in Juſtitia æqvaliter adminiſtranda, nec non, (qvod maximum,) ſummum ſtudium in propaganda & conſervanda Orthodoxa religione, qvæ omnia aliaqve virtutum tuarũ ornamenta, cum pro merito & dignitate ſatis illuſtrare & præconio extollere neqveam, ſatius eſſe puto, gradum hic ſiſtere, & nihil potius, qvàm parcè ſaltem dicere.

Qvando verò ſumme *Reverendi, Magnifici & Nobiliſſimi Dnn. Conſiliarii atqve Conſiſtoriales,* exactius perpendo ingentia Veſtra in Theologiam,

Jurisprudentiam & rem literariam merita, qvibus jam dudum inter præcipua Lumina Ecclesiæ & Reipnblicæ locum promeruiſtis, ſimulqve in memoriam revoco inſignem in me benevolentiam, multis documentis cumulatè declaratam, plurimaqve collata beneficia, non potui me continere, qvin aliqua ſaltem ex parte laxarem beneficiorum hoc vinculum, ac gratitudinis exiguum erigerem monumentum.

Qvare, *Generoſiſſime Dn. Præſes*, nec non ſummè Reverendi, Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Conſultiſſimi Dni. Conſiſtoriales, opuſculum hoc, tanquam grati animi qualecunqve ſignum, VOBIS, eâ, quâ par eſt, devotione ac obſervantia offero, dedico, atqve ad aram veſtram depono, obnixis precibus contendens, ut munuſculum hoc literarium levidenſe, placido vultu animo-

moqve ſereno à me accipere, & Veſtra authoritate contra obtrectatorũ morſus protegere ne dedignamini.

Benè valete, *Generoſiſſime PRÆSES & Patroni Optimi & honoratiſſimi.* DEUS VOS ingenti cùm Eccleſiæ, tum Reipublicæ ac rei literariæ bono atq; commodo, qvám diutiſſimè ſuperſtites conſervet.

Dab. Dreſdæ 11. Martii
M. DC. LXXXV.

PERILLUSTR. GENEROSIS. VESTR.

Et

Veſtrar. ſummè Reverend. Dignitat.
& Nobiliſs. Magnif.

addictiſsimus

&

obſervantiſs.

JOHANN GEORGIUS NICOLAI, D.

BENEVOLO LECTORI. S.

MIraberis forsan, *Candide* Lector, *& vitio dabis, quod post tot clarissimorũ Virorum de* Repudiis & Divortiis *edita scripta, & Ego materiam istam pertractandam reassumere, aliorum vestigia legere, & post Homerum Iliada conscribere animo constituerim. At liberabis me ab omni sinistra suspicione, si causas hujus scripti in Epistola Dedicatoria adductas, simulque intentionem æquâ lance pensitaveris, me nimirum non inanis cujusdam gloriolæ cupiditate, sed solummodò, ut publico commodo, (cujus studium alias cuivis bono viro & civi semper incumbit,) & tuo usui, pro ingenii modulo inservirem, hunc laborem suscepisse. Undè si quædam tacitè præter-*

terierim, aut rem non acu ſemper tetigerim, vel aliàs in aliqvo lapſus ſim, ſcias in magnis voluiſſe ſat eſſe, & ſecundum effatum Imperator. Juſtiniani in Conſtitut. Tanta §. 14. de confirmat. Digeſt. in nullo penitus peccare divinitatis magis quam humanitatis eſſe.

Vale & ſtudiis meis fave, errata tam mea, quam Typographi condona, eaque amice ac ſine felle corrige, & ſi Deus pauxillum vitæ conceſſerit, propediem Reſolutiones variorum Caſuum & controverſiarum illuſtrium exſpecta.

INDEX CAPITUM

PARS I.

In qua de REPUDIIS & materiis connexis tractatur

PARS II.

In qua

De Materia

DIVORTII,

ac

Dissolutionis matrimonii per mortem naturalem & adulterium, item per malitiosam desertionem, denegationem debiti conjugal.

Ut &

De reliquis modis, quibus matrimonium contractum totaliter dissolvitur, nec non de insufficientibus Divortii causis, ut & separatione qvoad thorum & mensam, & tandem de Processu in Repudio ac Divortio hodiè usitato, & Judice Competente agitur.

CAP. I.

De Sponſalibus validis, eorumque probatione.

SUMMARIA.

1. Sponſaliorum & matrimonii duramentum.
2. Repudia & Divortia ſunt licita.
3. Materia horum eſt frequentiſſima.
4. Repudium quid?
5. Obtinet tantum in ſponſalibus firmis.
6. Infirma ſponſalia ſunt ipſo jure nulla.
7. Diſtinctio firmorum & infirmorum probè attendenda.
8. Formulæ ſententiarum in utriſque.
9. Requiſita ſponſaliorum validorum.
10. Contrahuntur vel à præſentibus vel abſentibus.
11. Præſentes contrahunt coram teſtibus ad minimum duobus.
12. Promiſſione & repromiſſione mutuâ & ſimultaneâ.
13. Verbis puris, non ambiguis, nec generalibus aut jocoſis.
14. Muti contrahunt ſignis conſenſum animi oſtendentibus.
15. Interdum ſcriptura à præſentibus quoque adhibetur:
16. Aut dotalia inſtrumenta conficiuntur.
17. Scriptura talis contra ſcribentem plenè probat.
18. Formula ſententiæ in tali cauſâ.
19. Abſentes quoque validè contrahunt ſponſalia:
20. (1) Per Epiſtolam.
21. Quæ fidem facit contra ſcribentem.
22. Cautelæ in hoc negotio.

23. (2) *per internuncium aut procuratorem.*
24. *Procurator debet habere mandatum specialissimum.*
25. *Debet ipse id exequi, vix per alium.*
26. *Mandatum non debet esse revocatum, tempore contrahendorum sponsaliorum.*
27. *Aliàs sponsalia sunt nullius momenti.*
28. *Hinc mandatum in tempore revocandum.*
29. *Quid si Dominus interim aliam sibi desponsaverit?*
30. *Distinctio hoc casu duplex attendenda.*
31. (3) *per negotiorū gestorum quoq; sponsalia contrahi possunt.*
32. *Hujus assertionis duplex limitatio.*
33. *Quid circa prædicta Jure Sax. obtineat?*
34. *Per consensum, præsentibus testibus, hoc jure sponsalia rectè contrahuntur.*
35. *Corā unico saltem teste celebrata pro clandestinis habentur.*
36. *Tenor Ordinat. Eccles. Elect. Sax. in hac re.*
37. *Per Epistolam, mandatum speciale, pacta dotalia etiam in foro Sax. cæteris paribus, sponsalia rectè contrahuntur.*
38. *Ratio hujus rei prima.*
39. *Secunda.*
40. *Tertia.*
41. *Quarta.*
42. *Quinta.*
43. *Nec obstat Ordinat. Eccles. Sax.*
44. *Responsio ad eam prima.*
45. *Secunda.*
46. *Tertia.*
47. *Quarta.*
48. *Atque ita judicatum in supremo Consistorio Dresdensi.*
49. *Idque confirmatum in summo Appell. judicio ibidem.*
50. *Testes, quales hîc esse debeant?*
51. *Interdum & parentes & liberi testari hîc possunt.*

52. Alii-

52. *Aliique domestici.*
53. *Cautela in horum testimonio.*
54. *Admittuntur prædicti etiam in Sax. Consistorio.*
55. *Eorum tamen fides judicis arbitrio relinquenda.*
56. *Parentum & liberorum testimonium valde suspectum.*
57. *Exemplum rejecti talis testimonii in supremo Consistorio Dresdensi.*
58. *Probatis sponsalibus consummatio matrimonii injungitur.*
59. *Formula sententiæ in hac re.*
60. *Non Probatis sponsalibus altera pars absolvitur.*
61. *Formula sententiæ.*
62. *Expensæ hoc casu plerumque invicem compensantur.*
63 *Non tamen semper.*
64. *Præjudicium in hac re supremi Consistorii.*
65. *Quandoque pars parti juramentum super matrimoniali promissione defert.*
66. *Distinctio hujus in affirmativum & negativum.*
67 *Quando prius locum habeat?*
68. *Quando posterius?*
96. *Limitatio quoad posterius.*
70. *Formula pronunciandi in hac re.*
71. *Quid si actor semiplenè tantum probaverit sponsalia?*
72. *Juramentum tunc suppletorium injungitur.*
73. *Formulæ sententiæ in hac re.*
74. *Quid si semiplenè probata promissio matrimonialis non sit?*
75. *Reo juramentum purgatorium hoc casu injungitur.*
76. *Præjudicia in hac re Consistorii supremi.*
77. *Cautela Dd. in hoc puncto circa purgatorium juramentum prima.*
78. *Secunda, quæ improbatur.*
79. *Ex ratione primâ.*
80. *Secunda.*

 81. Ter-

111. Quid

111. Qui ista deficiat?
112. Limitatio hujus asserti.
113. Quamdiu alimenta hæc præstanda?
114. Plerumq; certa summa definitur pro alimentis & dotatione simul, vel ex transactione partium, vel à judice.
115. Formula sententiæ.
116. Judex exiguam summam hic solet determinare.
117. Stuprator etiam à Politico Magistratu puniendus.
118. Formula sententiæ in hac re.

QUamvis Sponsalia, eaq; subsequentes Nuptiæ, hac mente, eaque animi destinatione contrahantur, ut matrimonium non nisi morte dirimatur, Conjuges perpetuò usque ad finem vitæ sibi cohabitent, omniaque tam divina quam humana jura communia habeant, secund. 1.

l. 1. ff. de Rit. Nupt. Hotom. Mynsing. Vult. Schneidew. Bach. Ludwell aliosque Jct. *ad §. 1. J. de patr. potest.* Harpr. *ad d. §. n. 45. & seqq.* Hillig. in Donell. Enucl. *l. 13. c. 18. lit. Cc. & Ee.* Bachov. *ad* Treutl. *vol. 2. disp. 6. th. 7. lit. c.*

Repudia tamen & Divortia, licet illa ex accidente & præter naturam matrimonii fiant, adeoque ipsius substantiam mutare nequeant. 2.

Hillig. *d. l.*

licita esse, tam Jus Justinianeum & Pontificium, necnon novissimæ Magistratuum Christianorum Sanctiones, quam quotidiana Praxis Judiciorum Ecclesiasticorum satis superque attestantur. Hanc igitur materiam, in foro & Judiciis maximè frequentatam impræsentiarum pertractare nobis proposuimus. Ubi primo loco occurrit *Repudium*, per quod matrimonium per publica Spon- 3.

4. salia inchoatum dissolvitur, illudqve definitur, *quod sit firmorum Sponsalium, ob justam causam, invita altera parte, à Magistratu competente, sive Judice Ecclesiastico facta dissolutio.* de qva definit: consul.

Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. th. 11.* Brouwer. *de Jur. Connub. l. 1. c. 25. n. 1. & seqq. & Dd. pass.*

Circa quam dissolutionem observandum, illam solum-
5. modò locum invenire in Sponsalibus firmiter ac validè contractis, & verè obligatoriis, atque ita hodiè in publicis tantùm Sponsalibus; Cum sponsalia ipso jure nulla, in-
6. firma ac invalida, vel quando saltem tractatus de matrimonio intercedunt, (wann der Ehe halber blosse tractaten verlauffen) nullo modo obligent, ideoque propriè rescissione non indigeant, sed pro nullis solum declarentur.

Secund. Brouwer. *d. cap. 25. n. 5.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 2. def. 18.*

Undè in Consistoriis nostris Saxonicis in Sententiis e-
7. jusmodi matrimonialibus exactè attenditur distinctio inter Sponsalia publica, observatis solennitatibus de jure requisitis celebrata, & posteà justis ex causis rescissa, & inter Sponsalia nulla & clandestina si scil. absentibus testibus vel absque consensu parentum contracta, vel aliàs infirma at-
8. que irrita. Et priori casu pronunciatur das die zwischen beyden Personen N. N. und N. N. getroffene Eheversprechung/ vel das geschehene Ehe-Verlobnis gestallten Sachen nach/ zu cassiren und auffzuheben/ inmassen wir es hiermit cassiren und auffheben/ auch beyden Theilen sich in andere wege Christlichen zu verehlichen verstatten und nachlassen. Posteriori verò sententia fertur h. m. daß gestallten Sache nach/ die angegebene Eheliche Zusage vor beständig nicht zu halten/ und dennach Bekl. von Klägers Zusprüchen der Ehe halber nicht unbillich loß zu zehlen/ inmassen wir ihn hier-

hiermit daven entbunden und loß zehlen / und beyden Theilen/ &c. (prout suprà in præced. formula.) vel h. m. daß das zwischen Klägern und Bekl. angegebene Ehe-Verlöbnis vor unkräfftig und unbündig zu halten/ inmassen wir, es darfür erkennen und &c.

Cum ergò per *Repudium* tantummodò Sponsalia per 9.
se firmata dissolvuntur, prout patet ex modò dictis; proindè ad pleniorem cognitionem hujus materiæ, antequam ad ulteriora (tractationem nimirum causarum justarum Repudii,) progrediamur, de Sponsalibus validis, eorumque probatione, observanda quædam præmittere necessarium duximus.

Sciendum itaq;, validè ac firmiter contrahi Sponsa- 10.
lia, â partibus, vel præsentibus vel absentibus. In præsentia partium fiunt (1) de Jure divino & civili, quando coram 11.
Testibus ad minimùm duobus, Secund.

Deuter. 17. & c. 19. vers. 15. Matth. 18. vers. 16. l. 12. ff. de testib.

unus offert, & alter oblatas confestim, non ex intervallo, aut longum post tempus, aut postquam discesserunt à
se invicem, (qualis repromissio offerentem invitum, & in- 12.
tereà expresse vel tacitè pœnitentem non obligat) acceptat Nuptias, ac uterque contrahentium, si illi fari sciunt, consensum conjugalem mutuum, reciprocum & simulta-
neum, vel verbis puris, claris & perspicuis, non generali- 13.
bus, ambiguis, jocosis aut alternativis, vel si fari nesciunt,
signis æquipollentibus, animi consensum ostendentibus, 14.
exprimit atque declarat.

v. *l. 1. §. 4. l. 7. l. ult. ff. de Sponsalib. c. 23. & c. 25. x. de Sponsalib. & matrim.* Panorm. *in c. dilectus X. de Sponsalib.* Covarruv. *tom. 1. de Matrim. p. 2. c. 4. in pr. n. 10.* Cypr. *de matrim. c. 4. §. 12. & seqq. usque ad §. 20. & c. 14. n. 1. & seqq.* Cothm. *vol. 3. consil. 34. n. 13. & seqq.* Kizel. *in Synops. matri.*

trim. c. 4. thes. 1. lit. F. thes. 7. 8. 9. & cap. 10. thes. 20. Havem. *in Gamolog. Synopt. lib. 1. tit. 1. posit. 5. & tit. 7. posit. 2. 6. & 7.* Brouwer. *de Jur. Connub. lib. 1. c. 20. & c. 27. n. 9. & seqq.* Carpzov. *in defin. Eccles. lib. 2. tit. 2. def. 19.*

Quandoque consensus matrimonialis etiam mediante
Scriptura à partibus contrahentibus praesentibus, eo-
15. rumque Cognatis aut amicis subscripto declaratur, vel do-
talibus Instrumentis desuper confectis sponsalia perfici-
16. untur. (Es wird eine Ehestifftung auffgerichtet / und solche
von denen Interessenten und deren Beyständen vollnzo-
gen) qualem Scripturam absque omni ulteriori probatio-
ne, contra scribentem matrimonii consummationem de-
17. trectantem, postea productam & ab ipso recognitam ple-
nam fidem mereri, & Sponsalia plenissime probare, indu-
bium est,

arg. *l. 26. §. 2. depos. l. 25. in fin. ff. de probat. l. 17. C. de non numer. pecun. c. 1. X. de fid. instrum.*

conf.

Kizel. *d. tr. c. 10. thes. 20.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 14.* Brouwer. *d. tr. lib. 1. c. 21. n. 6. 7.*

Atque ita in supremo Consistorio Dresdensi ante annos aliquot, scil. mens. Jul. 1671. in causa matrimoniali inter A. S. C. actricem, & J. S. à L. Reum, Ventilata pronunciatum, & Reum facta recognitione pactorum dotalium, ad consummationem matrimonii condemnatum fuisse novimus, hisce formalibus:

Dieweil Bekl. die am - - - Anno - - mit Klägerin
18. auffgerichtete Ehestifftung gebührend recognosciret / so ist er
mit derselben / seines Vorwendens ungeachtet / die Ehe för-
derlichst zu vollnziehen schuldig / wiedriges Falles wird er von
der weltlichen Obrigkeit billich darzu compelliret und ange-
halten / &c. quae sententia in supremo Appellation. Judicio
Dresd. confirmata in rem judicatam transiit. (2) In-

(2) Inter Absentes quoque recte contrahuntur Sponsalia, & quidem (1) per Epistolam consensum conjugalem 19.
per verba perspicua exprimentem 20.

l. 7. l. 4. l. 1. ff. de Sponsal. l. 5. ff. de Rit. Nupt. Schrad. *ad tit. J. de Nupt. p. 1. n. 11. & seqq.* Nicol. à Janua *de privat. scr. lib. 2. q. 1. n. 9. & seq. & n. 100.* Cypr. *de Jur. Connub. c. 9. §. 20. & seqq.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 2. c. 14.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 4. theor. 7. lit. a.* Arnis. *de jur. Connub. c. 2. sect. 1.* Ant. Fab. *1. Jurispr. 9. princip. 5. illat. 6* Havem. *de tr. lib. 1. tit. 7. part. 3.* Hillig. *in Donell. Enucl. lib. 13. c. 18. lit. H. & n. 2. lit. a.* Brouw. *de Jur. Connub. l. 1. c. 20.*

Cujusmodi Epistola fidem facit contra eum qvi scripsit, 21.
etiamsi dato careat,

Secund. Cypr. *d. c. 9. §. 2.* Haveman. *de cap. post. 3.*

modo & hoc casu accedat Recognitio partis, contra quam producitur. Ubi tamen DD. supra allegati hanc requirunt cautionem, nimirum ut illa persona, quæ literas accepit,
statim absque ulla mora, interjecto commodi temporis spatio, pro ratione loci & distantiæ respondeat, velle se alteram 22.
Uxorem vel maritum, atque ita animum suum consensumque suum reciprocum declaret,

per *l. hæc ita ff. de Sponsal.*

Nam si confestim vel rescribendo vel coram aliis ad illam rem convocatis, voluntatem suam non declaret, sed scribentis voluntatem silentio transmiserit, nimiaque procrastinatione illius expectationem defatigaverit, post nimium & longius intervallum acceptans demum nuptias oblatas, obligatum non habebit eum, qui interim animum suum mutavit, sibique de alia conditione prospexit, & ob consensum tempestive non expressum, nullum videtur contractum esse matrimonium.

arg. *C. fin. X. de Sponsal.*

Hac cautela observata, similiter inter absentes celebrari posse sponsalia, & ab eo momento, quo reciprocus alterius partis accessit consensus, & acceptio sive condictio, repromissionem esse conjugium, nec ullum temporis intervallum inter sponsionem & repromissionem habere interjectum, trad. & plures dedit.

Cypr. de Sponsal. c. 9. §. 10. 11. Havem. *d. Gamolog. Synopt. lib. 1. tit. 7. pos. 3.* Brouwer. *d. tr. 2. c. 10. n. 10.*

Confer.

Goed. *consil.* 49. *n.* 25. 26.

Quod si vero eum, qui literis promisit matrimonium, paulo post pœniteat facti, & antequam responsum à repromittente absque mora transmissum accipiat, voluntatem mutet, & sponsalia rescindere præsumat, illud ipsi concedendum non est, velut iterum fiet.

Cypr. *d. c. 9. §. 12.* Haveman. *d. l.*

23. (2) Non raro inter Absentes maxime inter Principes & Magnates, (quos sæpius hactenus per Legatos non tantum Sponsalia, sed etiam Nuptias imaginarias celebrasse, ac etiamnum tota die contrahere, historiæ attestantur, de quo themate pluribus ag.

Cypr. *d. tr. c. 9. §. 15.* Göckel. *de Regn. Europ. c. 2. n. 17.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 4. theor. 7. lit. c.* Haveman. *d. tr. tit. 7. pos. 3.*)

etiam per Internuncium & Procuratorem vel alios (quos Conciliatores & Proxenetas, Freywerber appellant) Sponsalia contrahuntur

Sinnod. l. 4. & L. fin. ff. de Sponsal. & trad. Cypr. *de Sponsal. c. 9. §. 14. num. 17. & 19.* Arnis. *de jur. Connub. c. 4. sect. 1. n. 10.* Albor. Gentil. *de Nupt. l. 2. c. 12. tr.* Kizel. *d. c. 4. theor. 7.* Havem. *d. lib. 1. tit. 7. pos. 3.* Brouwer. *de jur.*

Con-

[illegible] Lauterb, *in Compend. Jur. ad tit. ƒ. de [illegible]*

ubi observand. 1) quod si locum & quando per Legatum, Nuntium vel Procuratorem, sponsalia contrahuntur, ge- 24
neraliter [illegible] literas, [illegible] criminales [illegible] Litera sit datum, non suffi-
cere, [illegible] requiratur de Sponsali-
is contrahendis, cum designatione certæ personæ man-
datum [illegible] & desponsanda sit,

[illegible] Benst. *[illegible]* Schrad. *de [illegible] ƒ. de Nupt. [illegible]* Albert. Gentil. *[illegible]*. Arnis. *[illegible]* Cypr. *D. [illegible] §. [illegible]* Kitzel. *[illegible]* Havemann. *[illegible]* Brouwer. *d. [illegible]* Lauterb. *in Compend. Jur. d. l.*

(2. observ. ejusmodi procuratorem per [illegible] mandatum
exequi debere, nec alium posse substituere, nisi de hoc in 25
mandato expresse contineatur.

Scund. [illegible] ult. de procurat. in 6t. Havem. *in Gamalog. d. [illegible]* Brouwer. *d. l.*

(3. observ. quod eo tempore, quo contrahit Procurator no- 26
mine alterius, non debeat esse revocata contrahendi po-
testas, cum revocatio semper locum habeat ante matrimo-
nium contractum, & Sponsalia post revocationem cele- 27
brata nullius sint momenti, etiamsi procurator illaque fœ-
mina, cum qua contraxit, hujusmodi revocationem igno-
raverint:

per text. expr. *[illegible] ult. de procurat. in 6t.* & trad. man-
[illegible] Co-
varruv. *tom. 1. de matrim. p. 2. [illegible]* Benst, *de matrim. [illegible]* Schrad. *ad tit. ƒ. de Nupt. p. 1. n. 49.* Brou-
wer. *d. c. 20. n. 9.*

 ubi

ubi tamen (4) ſciendum, revocationem in tempore fieri debere, & anteqvam expleverit mandatum procurator. Si vero inter moras & ante negotium perfectum à procuratore, dominus ſibi aliam deſponſaverit, obligatum qui-
29. dem eſſe ſponſalibus per procuratorem pactis ad intereſſe nuptias ſeqvi; at firmiter eſſe ſive puellæ dari ſponſalia ut tempore priora, niſi & hæc ſciverit mandatum datum, &
30. non in tempore revocatum, ut recte ſentit

Brouwer. *d. num.*

Quod ſi verò poſt ſponſas per procuratorem Nuptias & mandanti notificatas, alteri ſe deſponderit dominus, nulla erunt poſteriora, in præjudicium prioris deſponſatæ ſponſalia, vel. iter. trad.

Brouwer. *d. l.* conf. Strad. *d. n.* 10.

31. (5) obſerv. non tantum per procuratorem vel Nuncium, ſed & per negociorum geſtorem, nullum ad hoc mandatum habentem, ſive ſit parens ſive extraneus, ſponſalia alterius nomine contrahi poſſe, modo is, cujus nomine contractum eſt, id poſteà ratum habeat

per text. expr. *in l. 7. & ibi 5. in verb. aut ſi poſtea ratum habuerint & l. ff. de ſponſal. cap. 1. §. fin. de deſponſat. impub. in 6to.*

32. quod ipſum in Sponſalibus ſine mandato ab extraneo contractis, indubiè procedit; quoad Sponſalia autē à parentibus ſine mandato contracta, tum demum obtinet ſi liberi præſentes ſint, iisqve non contradicant,

c. 1. §. 1. de ſponſal. in 6. cap. 15. qui tacet. de regul. Jur. in 6o. l. 7. §. 1. & l. 12. in pr. ff. de Sponſal.

Aliàs filii vel filiæ abſentis expreſſa vel tacita ratificatio omnino neceſſaria eſt. Quamvis ſemper tutius & rectius agant parentes, qui liberorum conſenſum expreſſum verbis claris perſpicuis & expreſſis requirunt, idq; teſtato, atq; ſic doc. Schra-

Schrader. *ad tit. J. de Nupt. p. 1. n.* [illegible] *Vvesenb. d. tr. c. 4. theor. 7. lit. s. t.* conf. Cypr. *de Sponsalib. c. 7. §. 1. & 2.* Havem. *in Gamolog. Synopt. lib. 1. tit. 7. posit.* [illegible]

Et hæc omnia in præcedentibus à nobis tradita, de jure civili & Canonico in materia Sponsaliorum locum habent, & secundum prædicta jura expeditum est, Sponsalia non tantum coram Testibus, sed etiam per Epistolam, Procuratorem, Internuncium & negotiorum gestorem rectè celebrari posse. In Ecclesiis v. Lutheranæ religioni addi- 33.
ctis, inprimis in foro Saxon. & provinciis Electoratus Saxonici in contrahendis Sponsalibus primus modus exprimendi consensum conjugalem, nimirum declaratio vo- 34.
luntatis à partibus præsentibus palàm in præsentia testium facta, cæteris prævalere videtur, & circa illum pro solenni requisito ad probationem sponsaliorum publicorum præcisè requiritur, ut contrahantur in præsentia duorum ad minimum testium, illaque coram unico saltem teste 35.
contracta, pro clandestinis & invalidis habeantur, adeo, ut ex sola contrahentium confessione non convalescant sponsalia, priusquam in præsentia testium, vel in Consistorio fuerint denuò contracta, per text. manifest. in

Ordinat. Ecclesiast. Elect. Saxon. *sub tit.* von Ehe-Sa- 36.
chen *rubr.* von Ehe-Gelöbnissen ꝛc. §. Wo auch 2. Personen so beyderseits keine Eltern haben/ sich ohne iemands beyseyn oder auch in Gegenwart eines Zeugens alleine in Ehe-Gelöbnis eingelassen/ so soll dasselbe vor ein heimliches Gelöbnis gehalten und da sich gleich beyderseits darzu bekennen/ vor unbündig erkennet werden.

Et in Ordinat. Matrimon. *de Anno* [illegible]. *punct. 1.* Von Ehe-Gelöbnissen §. Wo auch zwey Personen ꝛc & per trad.

Schneidew. *ad tit. J. de Nupt. p. 1 de sponsal. n. 20. 21. & seqq.* Beust. *de jur. Connub. p. 1. c. 13. & 26.* Carpz. *p.*

4. Consil. [illegible] [illegible] *de Sponsal.* [illegible]
27. Havem. *in Gamolog. Synops.* [illegible]
Esbach. *in not. ad Carpz.* [illegible]

Concord.

Ordinat. Consistorial. Elect. Brandeburg. [illegible] *ref.* Brunnem. *ad* [illegible] *Cod.* [illegible]

37. Quamvis non diffitear, reliquos modos supra recensitos verum consensum conjugalem illum de se directe exprimentes, puta Epistolam, mandatum speciale, Procuratori vel Internuncio datum, vel subscriptionem pacta dotalia ab utroqve parte subscripta, isto casu, si qvando sponsalia celebrantur inter absentes, nec in foro nostro Saxon. excludi: sed illos, caeteris paribus, omnino locum invenire, & pro re nata, vel Reum ad consummationem matrimonii, per literas mediante reciproco consensu celebrati compellendum, vel ipsi juramentum purgatorium injungendum, vel etiam actorem ad Juramentum suppletorium admittendum esse, cum 1. forma Conjugii primaria consistat in consensu in societatem conjugalem directo,
38. iste autem consensus non minus per scripturam quam viva voce declarari possit, & non minus valeat, qvod scriptura, qvam qvod vocibus lingva significatis significatur,

l. non figura [illegible] *ff. de O. & A.* Mantic. *de conj. & ambig. convent.* [illegible] Brunnem. *ad d. l.* [illegible] Kitzel. *in synops.* [illegible] *D.* Dn. Ziegler. *notis ad* [illegible] *Jur. Canon. l. 2. tit.* [illegible]

39. Acced. 2. qvod Juris Civilis correctio, tanqvam odiosa, in dubio nunqvam praesumatur, illaqve semper vitanda sit, nec in uno casu facta, ad alium extendi, neqve per tacitos & subauditos intellectus introduci debeat, secundum

Schrud. *de Feud.* [illegible] *& seqq.*

Wil.

Wilhelm Anton. Freudenberg. *in Rescript. [illegible] concl. [illegible] & seqq. prim. edit.* Mev. *in Commentar. ad Jus Lubec. [illegible] & seqq. & [illegible] & con-[illegible] Dd. commun.*

Et hinc 3. illa semper etiam in foro Saxon. specifice & expressis verbis fieri debeat; prout trad. Dd. jam citati aliique Commun. Jus e. Civile in hoc casu sponsaliorum inter absentes contrahendorum, in Jure Saxonico nullibi specifice correctum, a. expresse contrarium tantum reperiatur. Et hinc 4. vulgata regula obtineat, quod, cessante expressa decisione Juris Saxonici in terris Saxon. locum sit Juri Communi. 40. 41.

arg. l. [illegible] C. de [illegible] [illegible] §. fin. C. de Appell. Vid. Wesenbec. *[illegible]* Wilhelm. Ant. *d. l.* Moller. *ad Constit. Saxon. p. 1. C. [illegible]* Schrad. *[illegible] & seqq.* Harum. Pistor. *[illegible]* Carpz. *p. [illegible] n. [illegible]*

Quibus accedit 5. quod aliàs denegata omni facultate contrahendi sponsalia per scripturam, vel nuncios & Procuratores cum speciali mandato, ne quidem inter Magnates & Principes, in terris Saxonicis, maxime ubi viget Ordinationes Elect. Saxonicæ validè contrahi possint matrimonia, quæ tamen ante hac sæpius firmiter contracta fuisse, & adhuc citra omnem dubitationem totâ die fieri, experientia attestatur. Cui sententiæ non adversatur prædicta Ordinat. Ecclesiast. Saxon. sub tit. von Ehesachen d. §. Wo auch r. & Churf. S. Ehe-Ordn. de Anno 1624. supra citat. loc. ubi diserte sancitum, quod sponsalia absque præsentia duorum testium contracta, pro clandestinis & nullis sint habenda; Respond. 1. sanctiones illas, prout omnia Saxon. Statuta Jus commune corrigentia, stricte & de illo fal- 42. 43. 44.

ſaltem caſu intelligi debere, de qvo expreſſè loqvuntur, & ſic in præſenti ſolummodò de ſponſalibus inter præſentes celebratis; reliqvos verò modos à Jure Civili in l. 4. §. 1. l. 5. & l. 18. ff. de ſponſal. l. 5. de Rit. Nupt. qvoad celebrationem ſponſaliorum inter abſentes præſcriptos, ut & probationem ſponſalium perſcriptuream in dd. Ordinationibus nullo modo excludi, deniqve ex iſtis generalem & univerſalem regulam, omnes caſus, tàm præſentiæ, qvàm abſentiæ partium contrahentium includentem, formari haud

45. poſſe. 2. Reſp. qvod ſtante illo erroneo præſuppoſito, de Ordinationibus Electoralibus Saxonicis (Kirchen-und Ehe-Ordn.) in materia ſponſalium, generaliter & indiſtinctè de omni caſu, & hinc etiam de caſu abſentiæ intelligendis, exinde abſurdus & inconveniens intellectus, rationi & æqvitati contrarius ſit reſultaturus: contra Jura notiſſima, quæ diſponunt, non eſſe vel dicendum vel aſſerendum id, aut ſumendum illum intellectum, ex qvo poſſit ſeqvi abſurditas vel inconvenientia, ſed potius abſurdum evitandum in qvalibet diſpoſitione, tàm inter vivos, qvàm mortis cauſa, nec non in legibus & ſtatutis

Secund. *l. ult. C. de author. præſtand. l. 1. §. indè quæritur ff. de publ. l. ult. C. per qvas perſon. & l. unic. §. pro 2. C. de cad. toll.*

Et trad.

Everhard. *in Topic. loc. ab abſurd. 22. n. 1. 2. & ſeqq. (ubi dicit, argumentum à ratione abſurdi validiſſimum eſſe.)* Gail. *2. obſ. [illegible] & obſ. [illegible]* Weſenb. *p. 1. conſil. [illegible] n. [illegible] & ſeqq.* Tuſch. *tom. [illegible] pract. concl. Lit. A. concl. 65.* Zepper. *in Compſ. legal. c. 54. (ubi hanc materiam eleg. pertractat.)* Carpz. *l. 1. Reſp. Elector. lib. 4. reſp. [illegible] n. 18. & ſeqq.* Mev. *conſil. [illegible] conſil. 21. n. 106.*

& ad abſurdum evitandum reſtrictionem interdum fieri poſ-

posse, & dictionem universalem resolvi in particularem, post

Panorm. *in c. nam in fin. x. de Simon. affr.* Gylmann. *tom. 1. Symphor. p. 1. tit. 7. vot. 5. n. 158. pag. 61.* Mantic. *de Conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 7. n. 4. in fin.* Zepper. *d. c. 31. n. 27.* Mev. *consil. 61. n. 173.*

(3.) Resp. quod in prælatis sanctionibus Elector. Saxon. Serenissimi Legislatores nuspiam usi fuerint dictionibus taxativis, *Tantummodo, solum, non aliter, non alio modo,* Alleine *&c.* aliisqve similibus exclusivis, qvarum vocularum aliàs natura est, ponere saltem ea, qvæ affirmant, & cœtera omnia, sive casus sive personas, excludere 46.

per text. in c. cum Ecclesia 3. x. de cauf. possess. & propr. & trad. Everhard. *in Topic. Loc. a natur. dict. taxat.* Besold. *in Thesaur. Pract.* & Whener. *in observat. Pract. in verb.* Alleine. Zepper. *in Gnos. Legal. c. 40.*

Neqve (4) ibidem ullo verbo sit sancitum;

Daß ohne Unterscheid alle und iede *Sponsalia,* sie werden *inter præsentes* oder *absentes celebriret*, alleine in Gegenwart 2. Zeugen *celebriret* und sonsten dieselbe vor unbündig erkant werden solten *&c.* 47.

ac proindè eò minus præter verba & mentem Legislatoris, Ordinationes Saxonicæ ad casus in specie non expressos extendi debeant.

Et hanc sententiam, (nimirum, qvod nec in foro Saxon. modus contrahendi per scripturam inter absentes, penitus sit sublatus, sed iste, cœteris paribus, cumprimis aliis adhuc gravibus circumstantiis accedentibus, qvandoqve admitti, & pro ratione Circumstantiarum Reus vel ad consummationem Conjugii per literas promissi, adigi, vel ipsi Juramentum purgatorium injungi, vel pars agens ad Juramentum suppletorium admitti debeat, ut suprà di-

 ctum

ctum, etiam Consistorium supremum Dresdense hactenus
48. comprobare non dubitavit. Atque ita, quoad consum-
mationem conjugii, judicatum novimus in prædicto Judi-
cio in causa X. H. Klägerin contra C. W. Mich. anders
theils mens. Maj. 1682. quæ sententia quoque confirmata
49. fuit in supremo Appellat. Judicio Elector. Saxon. &
quoad delationem Juramenti purgationis in causa Frau
Marien Susannen Klägerin eines Christoph Weigmann Beklag-
ten anders theils 13. Novembr. 1682.

Testes autem in hoc negotio matrimoniali adhiben-
50. dos, quod attinet, sciendum illos juratos, omnique Exce-
ptione majores & tales esse debere, in quorum personis
laudetur morum gravitas, honesta & inculpata vita, & fi-
des incorrupta &c.

per c. [illegible] de [illegible], & c. super eo 22. x de testib. Alber. Gentil. *de Nupt. lib. 7. c. 2.* Mascard. *de probat. Vol. 2. concl. 1323. n. 1. & seq.* Cypr. *de Jur. Connub. c. 14. §. 1. & seqq.* Kitzel. *in Synops. matrim. c. 11. thes. 20.* Carpz. *in defin. Ecclesiast. l. 2. [illegible].* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 2. part. [illegible].* Brouwer. *de Jur. Connub. lib. 1. c. 23. n. 9. & seqq.*

Licet nonnunquam, si alii deficiant testes, nec veritas ali-
51. ter haberi queat, in causis matrimonialibus parentes quo-
que utriusque sexus, & mater pro filia & vice versa, cœte-
rique consanguinei, & affines, maximè si utrique parti
52. sint conjuncti, aut æqualitas dignitatis, aut divitia-
rum inter Consponsos id suadeat, imò etiam proxenetæ
& domestici, nec non mulieres, in testes admitti possint

Secund. cap. super eo. x de testib. c. [illegible] 3. x. qui matrimon. accus. poss.

Et trad.

Gabriel *l. 1. concl. commun. concl. 9.* Mascard. *d. concl. 1023.*

&

& seq. (ubi tamen nobiliter [illegible] & parentes ali-
osq; ministros, testimonio sponsales esse statuit, si 53.
„consiteantur incredibili desiderio ardere ad matrimo-
„nium, super quo deponunt, optatum finem [illegible]
quatur.) [illegible] *de Sponsal.* [illegible] Al-
ber. Gentil. [illegible] Farinac. [illegible]
[illegible] Cypr. [illegible] Kizel. *in Synops. ma-*
trimon. [illegible] Hunnius *d. l.* Carpz. [illegible]
Brouwer. *d. l.*

Contier.

Mev. [illegible]

Prout etiam in processione [illegible] in supremo Con-
sistorio Electorali Saxon. [illegible] testium vel e- 54.
tiam cum his omni Exceptione majoribus, prohibitos te-
stes inhabiles [illegible] admissos fuisse novimus.
Quamvis negari nequeat, omnes ejusmodi personas mo-
do recensitas, pro testibus omni Exceptione majoribus
haud esse habendas. Et hinc quanta fides illis junctis ali-
is probationibus, sit adhibenda, ex circumstantiis & quali- 55.
tate personarum dijudicandum, ac Judicis circumspecti &
prudentis arbitrio relinqvendum erit.

Alber. Gentil. *d. tit. c. 4. pag. 740.* Kizel. *d. l.* Carpz.
d. def. [illegible]. Brouwer. *d. cap. 23. n. [illegible].*

Cæterum parentum (qui incrementum & honores libero- 56.
rum nimium affectant, eorumqve commoda promovere
qvovis modo student) & liberorum testimonium in causa
matrimoniali valde suspectum habetur, illudqve per se so-
lum aliis adminiculantibus probationibus, (quin tamen is
omni exceptione majoris afferentur) alio [illegible] haud
suffultum, raro fidem meretur. Et [illegible] 57.
prædicto Protocollo [illegible] Electorali Saxon. filia pro matre
vetula conjugium Juvenis cujusdam, [illegible] quasi amo-

ris æſtu, appetente, teſtimonium in ſententionando fuit reprobatum, eoqve non attento, Reus abſolutionem ab inſtituta actione matrimoniali obtinuit, menſ. April. an. 1679.

58. Probatione igitur legitima exiſtente, & ſi actor per duos aut 3. teſtes, aut ſaltem per pacta dotalia à partibus contrahentibus adhibitis teſtibus cognatis aliisve, ſubſcripta, (de qvibus tractav. ſuprà h. c. n.) aut ſaltem per unicum teſtem omni exceptione majorem, aliasve adminiculantes probationum ſpecies, (qvò etiam referendæ præſumtiones juris & hominis, item confeſſio ſtupri à Reo facta, arrhæ ſponſalitiæ ultro citroqve traditæ, Außwechſelung der Mahl-Schätze confeſſio extrajudicialis præſente parte facta; Epiſtola à parte matrimonium negante ad alteram emiſſa, promiſſionem conjugii continens,) de qvibus aliisve probationum ſpeciebus in matrimonialibus, conſul.

Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 1022. & ſeqq.* (ubi etiam *concl. 1037.* tradit, qvod in matrimoniali cauſa ad plenam vel ſemiplenam probationem faciendam conjungi poſſint, probationes imperfectæ, qvando agitur de matrimonio probando, maximè ſi ultra hæc concurrant conjecturæ & præſumtiones,) Cypr. *de jur. connub. c. 14.* Kizel. *in Synopſ. matrim. cap. 10. theor. 17. 18. 19. 20. & ſeqq. uſqve ad theor. 28.* (*ubi hanc materiam probation. in matrim. latè & eleganter pertractat.*) Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 4. tit. 4. poſit. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.* Brouwer. *d. tr. lib. 1. c. 27.*)

intentionem ſuam plene probet, in Conſiſtoriis noſtris Saxonic. tota die pronunciari ſolet h. n.

59. Das Kläger (v. Klägerin) die geklagte Eheverſprechung zur Gnüge erwieſen/ derowegen Bekl. mit Klägern (v. Klägerin) die Ehe förderlichſt/ *qvandoque exprimitur certum tempus,*

pro binnen Sächs. Frist) durch Priesterliche *copulation* zu vollziehen schuldig/ in Verbleibung dessen wird er darzu durch die Weltliche Obrigkeit billich *compelliret* und angehalten 2c.

Econtrario v. actore vel actrice penitus in probatione succumbente, nec etiam judiciis ac præsumtionibus sufficientibus reum gravante ita ut ad delationem juramenti suppletorii quo ad actorem vel actricem, vel juramenti purgatorii qvoad partem Ream, Judex devenire neqveat, sententia absolutoria in Judiciis Ecclesiasticis pro reo fertur tali modo. 60.

Dieweil Bekl. der libellirten (v. geklagten) Ehe-Versprechung nicht geständig/ Kläger auch solches beständig/ (*vel* wie recht/) beyzubringen nicht vermocht, *vel h. m.* dieweil Klägerin das Bekl. ihr die Ehe versprochen/ nicht darthun können) als wird nunmehro Bekl. von Klägers an und Zusprüchen der Ehe halber nicht unbillich entbunden und loßgezehlet/ inmassen wir ihn hiermit darvon entbinden und loß zehlen/ auch beyden Theilen sich in andere wege Christlich zuverehlichen verstattet und nachlassen. 61.

Et hoc casu vel Expensæ invicem compensantur, & annectuntur sententiæ sequentia verba: Es werden aber auffgewandte Unkosten aus bewegenden Ursachen/ die in dieser Sache gegen einander compensiret und auffgehoben / vel nonnunquam pro ratione circumstantiarum, (v. g. si appareat, Reum vel Ream malitia & culpa sua causam litigii dedisse, vel spe inani Conjugii, Reum actricem, vel Ream actorem lactasse & delusisse &c.) pœnæ loco, & ob commissam levitatem, certa mulcta pecuniaria vel incarceratio ad aliquot septimanas, cum restitutione expensarum dictatur, vel simpliciter absqve adjuncta pœna pecuniaria vel carceris, ipsi Refusio Expensarum injungitur, hisce formalib. Es wird aber Bekl. wegen der bey dieser Ehesache gebrauchten Leicht- 62. 63. 64.

sinnigkeit/ entweder mit [illegible] Lage oder [illegible] Wochen Gefängniß o-
der [illegible] neue Schock in Straffe genommen/ und ist über diß Bekl.
der Klägerin die verursachten Unkosten/ welche bereits auff [illegible]
gemäßiget werden/ zu erstatten schuldig: [illegible] m. und ist Bekl. ge-
stalten Sachen nach/ die auff diesen Proceß gewandte Unkosten/
auff vorhergehende Liqvidation und unsere Ermäßigung/ Kläg.
zu erstatten schuldig. Ita pronunciatum in Supremo Consi-
storio Dresd. in causa Justinen Herdin Klägerin eines/ Mar-
tin Kiesigen Bekl. am andern/ Annen Kienigin intervenientin
dritten Theils 15. Decembr. 1680. aliisque casib. plurib.

Confer. hic Carpz. in *Jurispr. Consistor. lib. 2. def. 18.*
Kitzel. *in Synops. matrim. c. 10. Theor. 17 pag. [illegible] & pag. [illegible]*
Havem. *in Gamolog. Synopt. lib. 2. tit. [illegible] pag. [illegible]*

65. Qvandoqve tamen matrimonialis promissio & actio desu-
per instituta, etiam per delationem juramenti parte una
alteri parti factam expeditur. Ubi Dd. nostri recte di-
66. stingvunt inter Juramentum affirmativum pro matrimo-
nio contrahendo (wenn die Eheliche Zusage im Gewissen ge-
schoben wird/ veluti si pars conventa dicat, ego ero uxor
tua, vel maritus tuus, si juraveris, promissum tibi fuisse
matrimonium.) Et juramentum Negativum contra
matrimonium & ad dissolvendum illud, (si ut fœmina vel
vir juret, Sponsalia non fuisse contracta (das Bekl der Klä-
67. gerin niemahls die Ehe versprochen habe:) Priori casu in con-
fesso est, juramenti delationem: si de solius deferentis &
non alterius præjudicio agitur, omnino locum habere,
quia deferens videtur, sub conditione, si juraverit, matri-
68. monium contrahere. Posteriori v. Dd. communiter
concludunt, qvod negativum Juramentum Reo neganti
deferri non liceat; cum in potestate partium non sit, dis-
solvere matrimonium. Quam distinctionem in pronun-
ciando Consistoria Saxonica tota die seqvuntur.

vid.

vid. & Hillig. *in Donell. Enucl. l. 21. c. 8. lit. J.* Schneidew. *ad §. 11. J. de act. n. 20. & seqq.* Beust. *de jure Connub. p. 1. c. 15.* Berlich. *p. 1. conclus. 29. n. 20.* Kitzel. *in Synops. matrim. cap. 10. th. 24.* Carpz. *p. 1. consult. 22. def. 57. & in definit. Ecclesiast. l. 2. tit. 4. def. 49. & in process. tit. 11. art. 1. n. 67. & seqq.* Havem. *in Gamolog. Synopt. l. 2. tit. 4. posit. 36.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 3. c. 5. §. 3. & 5.*

Et hac doctrina, de juramento negativo non admittendo, quoad matrimonium ipsum, ejusque dissolutionem indubie obtinet. Aliud autem dicendum, si puella aliave fœmina se cognitam afferens, mari hoc negante, super copula carnali & impraegnatione juramentum deferat, (wañ sie ihme den Beyschlaff und Schwängerung ins Gewissen schiebet) isto casu etiam juramenti negativi delatio est concessa, & 69. vir ille jurare vel juramentum referre tenetur, cum causae famosae (pro qua indubie saepe quaestio est habenda) a regula generali, (secundum quam juramenti delatio in omnibus actionibus & causis civilibus, sive in rem, sive in personam conceptis, sive in factum sint, sive pœnales, sive populares, sive quaevis aliae deferri ac referri potest,

per l. 3. §. 1. & §. 5. l. 9. § 3. l. 34. in pr. ff. de jurejur.)

nullibi exceptae reperiantur.

vid. Hillig. *in Donel. Enucl. lib. 24. c. 17. lit. J. & c. 21. lit. Q.* Umm. *disp. ad process. 14. th. 3. n. 11. & 20.* Berlich. *p. 1. concl. 29. n. 32. & seqq.* Carpz. *l. 3. Respons. Ecclesiast. resp. 40. & resp. 50. n. 24. & seqq. & p. 3. decis. 231. & in process. tit. 11. art. 1. n. 5. & seqq. & n. 53. & seqq.*

Et ita nobiscum sent.

Tessaur. *dec. 13. n. 2. 5.* Berlich. *p. 1. concl. 29. n. 53. & seqq. & n. 105.* Brunnem. *in Jur. Ecclesiast. lib. 3. c. 5. §. 3.*

Et

Et tam in dicasteriis Ecclesiasticis quam secularibus in ejusmodi casu pronunciatur hisce formalibus:

70. Das Bekl zuförderst daß er Klägerin nicht fleischlichen erkennet/ und sie geschwängert/auff derselben vergehenden Eyd vor gefehrde zu schweren schuldig/ ergehet so dann in der Sachen ferner was ist.

Quod si verò Actor per unicum Testem omni Exceptione
71. majorem, aut duos testes, qvorum unus non est omni Exceptione major, aut aliam semiplenæ probationis speciem (de qua mater. consul. post

Dd. Beust. *ad l. ad monendum n. 98. & seqq. n. 1068. & seqq. n. 1074. & seqq.* Berlich. *p. 1. concl. 36. n. 91. & seqq.*

consensum matrimonialem semiplenè probet, & ultra semiplenam probationem, pro Actore graves aliquæ ac urgentes magnique momenti militent præsumtiones atqve conjecturæ, aut etiam Reus concubitum (si ille simul accessit) fateatur, aut pars altera consentiat & c. tum pro ratione
72. circumstantiarum etiam Juramentum suppletorium pro matrimonio Judicem Ecclesiasticum, vel imploratum, vel ex officio actori deferri posse, verior & in praxi magis recepta est sententia, quam defend.

Covarruv. *de matrim. p. 1. c. 4. §. 1.* Beust. *de jure Connub. p. 1. de sponsal. c. 42. & in comment. ad tit. ff. de jurer. ad l. admonendi n. 269. & seqq.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 24. c. 19. lit. y.* Cypr. *d. tr. c. 14. §. 15. 18. 19.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 10. §. 25.* Umm. *disp. ad process. 14. th. 15. n. 84.* Heig. *l. 2. quæst. 15. n. 34.* Berlich. *p. 1. conclus. 34. n. 15.* Carpzov. *l. 3. resp. 57. in Jurispr. Consistor. l. 3. t. 4. resp. 46. & in process. tit. 12. art. 2. n. 67. & seqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 4. tit. 4. posit. 15.* Esbach. *in addit. ad Carpzov. p. 1. const. 23. def. 10. n. 12.* Brouwer. *lib. I. c. 23. n. 21. & seqq. & n. 39. & seqq.* Brunnem *ad*

l. 9.

l. 9. ff. de jurej. n. 32. & *in tr. de Jur. L[illegible] lib. 3. c. 5. §. 6.* aliiqve Dd. paſſ.

Et ſecundum hanc hodie in Conſiſtoriis Saxonicis, maxime Proto-Synedrio Dreſdenſi ſæpius pronunciatum eſſe 73.
memini, hiſce formulibus:

Würde Klägerin eydl. (*vel* vermittelſt cörperlichen Eydes) erhalten und alſo *in ſupplementum* ſchweren/ daß ihr Beklagter die Ehe verſprochen/ maſſen ihr zu thun oblieget/ (*vel etiam antecedente concubitu, h. m.* daß Beklagter ſie fleiſchlich erkennet/ ꝛc. *vel in hoc caſu, quando reus ſtuprator correos alios deſert & ſtupratam cum pluribus rem habuiſſe allegat,* daß Klägerin auch mit andern fleiſchlichen zugehalten habe/ & *actrix præſumtionibus ac indiciis gravatur,* daß ſie von keinen andern/ als von Beklagten geſchwängert und ihr die Ehe verſprochen worden/ ſo wäre ſo dann Beklagter ſeines Vorwendens ungeachtet/ die Ehe mit Klägerin förderlichſt (*vel* binnen Sächſ. Friſt) durch Prieſterl. *copulation* zu vollnziehen ſchuldig/ widriges Falls (*vel* in deſſen Verweigerung) wird er durch die weltliche Obrigkeit durch gebührende Mittel billich darzu *compell*iret und angehalten.

Quandoque etiam ſententia fertur hoc modo:

Würde Kläger zuförderſt ſeines ꝛ ꝛ Zeugens *ad art.* . des Beweiſes gethane eydliche Auſſage mit ſeinen Eyde beſtärcken/ und alſo/ daß ihm von Beklagten die Ehe verſprochen/ *in ſupplementum* ſchweren/ ſo hätte er das jenige/ was ihme zu beweiſen aufferlegt/ und er ſich angemaſſet/ zur Gnüge erwieſen/ derowegen auff ſolchem Fall Beklagte die Ehe mit Klägern förderlichſt durch Prieſterliche *copulation* zu vollnziehen ſchuldig ꝛc.

Et hæc omnia in præcedentibus quoad juramentum ſuppletorium adducta ita obtinent. Sæpius v. contingit, ut actor vel actrix ſemiplenè, vel plusqvam ſemiplenè jacta- 74.

 tam

tam promissionem matrimonialem probare nequeat, &
hinc juramentum suppletorium locum non inveniat; at-
tamen actor pro se habeat testem unum, vel literas adversæ
partis vel præsumtiones graves ac urgentes & verisimilia
indicia sint pro matrimonio, quibus reus sponsalia infra-
negās gravatur. Hoc igitur casu, ex regula vulgari gene-
rali, quod in iis casib. in quib. qvoad actorem ad juramen-
tū in suppletoriū deveniri neqvit Reo convento juramen-
75. tum purgationis à Judice injungi possit, modò dictum Ju-
ramentum ad dissolvendum matrimonium succedit, & re-
us jurejurando innocentiam & conscientiam suam purga-
re & declarare tenetur; Es muß B. Kläger eydlich erhalten/
daß er Klägerin niemahls die Ehe versprochen/ noch ihr dessentwe-
gen einige Vertröstung gethan (additur qvandoqve in Consi-
storiis nostris: noch ihr darzu einige Hoffnung gemachet/) veluti
decisum memini in supremo Consistorio Dresdens. in cau-
76. sa A. B. B. Klägerin eines H. C. V. M. Beklagten anders theils/
7. April 1671. & in causa C. K. Klägerin eines J. S. N. Be-
klagten anders theils 17. Januarii 1650. vel hinc Reo utrum-
qve tam stuprum quam promissionem matrimonii ne-
53. *Calculus noster adjectus iis, qui dissolutionem probant.*
54. *Quidam isto casu distingvunt inter sponsalia de futuro & de præsenti: qvod non probamus.*
55. *Quid si stuprum sit commissum mandato aut instinctu alterutrius partis?*
56. *Repudio hoc casu non est locus.*
57. *Qvid si post stuprum commissum, quod rescivit sponsus, sponsam conjugali concubitu amplexus sit?*
58. *Nec hoc casu locum habet repudium.*
59. *Qvid si ambo scortati sint?*
60. *Mutuo compensant.*
61. ((2.)) *Si ante sponsalia contracta, est commissa fornicatio.*
62. *Etiam hoc casu repudium conceditur.*
63. *Qvod variis textibus, auctoribus & rationibus probatur.*
64. *Quid si sponsus ante sponsalia contracta fornicatus sit?*
65. *Sponsa ipsum repudiare potest.*
66. *Præjudicia in hoc casu supremi Consistorii.*
67. *Interdum tamen hoccè casu, pro ratione circumstantiarum, repudium denegatur.*
68. (5.) *Ob supervenientem infidelitatem & falsam religionem sponsalia rectè dissolvuntur.*

F 69. *Di-*

94. & seqq. & ad de const. 22. def. 4. p. 1. Richter. *p. 1. decis. 5. n. 59. & seqq. & noviss.* Brunnem. *in Jur. Eccles. ast. d. c. 5. §. 7.*

& secundum eam antehac pronunciatum fuerit, tam in Consistoriis quam aliis Dicasteriis Saxonicis: Rectius tamen alii Dd. statuunt contrarium, nimirum ob solam confessionem stupri, si aliæ conjecturæ non concurrant, ratione promissi matrimonii juramentum deferri non posse,
79. qvia (1) ad juramentum hoc, prout in aliis casibus, ita etiam in præsenti casu non deveniatur, nisi præsumtio gravis vel indicium certum, propinqvum, prægnans & probabile præcesserit, ex qvo certo & indubitate inferre liceat ad matrimonii promissionem, qvale non est stuprum, ejusqve confessio. (2) qvia non qvivis stuprator affectionem
80. habet conjugalē, animumq;, ducendi vitiatam in uxorem, alias iste non commacularet prius vitio libidinis conjugem, (3) qvia hic actus stupri, tanqvam in se & sua na-
81. tura illicitus, vitiosus & prohibitus, nihil commune habet cum legitimo & casto matrimonio, & non alia intentione, qvam libidinis explendæ causa gestus esse præsumitur, adeoq; ultra hanc intentionem alterius partis extendi non debet.

arg. *l. 3. l. 8. l. 19. ff. de reb. cred.*

82. (4) ex uno indicio tantummodo verisimili, tortura non indicitur nisi proximum sit atqve certum,

Secund. Ordinat. Criminal. Caroli V. Imperat. *art. 27. & 29.* & Dd. comm.

Ergò nec juramentum purgationis qvod torturæ corporali æquiparatur, eidemque tanqvam spiritualis tortura
83. conscientiæ & animæ succedit; facit etiā huc (5) qvod major castitas reqviratur in fœmina qvam in masculo, ideóq; majori pœna digna sit, fœmina, contra castitatem qvid

com-

committens, ac præmio potius afficeretur, si ipsi hac ratione facilior via perveniendi ad maritum concedatur, qvod certe absurdum esset; item qvod (6) admissâ contrariâ 84.
Beustii ejusque sectarum sententiâ, delicto janua aperiatur, & qvandoqve etiam vilissimo scorto & Quartillæ Petronianæ occasio suppeditetur, per concubitum meretricium in casses suos pertrahendi, honesto loco natos, & locupletes Juvenes, quibus invento & ab ejusmodi muliere, pudicitiæ prodiga convento, aut jurisjurandi conditionem acceptare, & per torturam spiritualem indicia purgare, aut si jurare recusent, in matrimonium, sibi & toti familiæ dedecorosum, consentire coguntur. Atqve sic docent & statuunt ac pluribus rationibus confirmant:

Carpzov. in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 4. def. 47. (ubi à priori sua opinione affirmativa antea in Pract. Crimin. & Jurispr. Forens. suprà alleg. loc. defensâ recessit,) Esbach. *in not. & addit. ad Carpzov. p. 1. const. 22. def. 4. n. 5. ubi etiam ad Beustii argumenta solide respond.* Philippi *obs. 81.* Havem. *in Gamolog. Synopt. l. 4. tit. 4. posit. 16. & t. 5. posit. 1.* Brouwer. *de Jur. Connub. lib. 1. c. 23. n. 25. 26.*

Et hanc qvæstionem tandem per expressam sanctionem Anno 1661 comprobata posteriori sententia negativa, decidit Serenissimus Elector Saxon. Joh. Georgii II. p. m. in 85.
decis. 81. addita hac ratione: Daß dergleichen leichtsinnige Leu- 86.
te nicht Ursache nehmen durch ihr unzüchtiges Leben desto eher in den Ehestand zu kommen 2c. Et Consistoria qvoqve nostra Saxonica, præsertim Protosynedrium Dresdense, relicta priore sententia, qvam olim, referent: Beust. & Berlich. supra citat. loc. probaverunt, hodie in posteriorem transi- 87.
erunt, ita ut in ejusmodi causa matrimoniali, jam ob solam confessionem stupri, non concurrentibus aliis præsumtionibus & indiciis sufficientibus, (wann nicht noch andere

same Vermuthung und Verdacht verbanden, qualia indicia etiam expressis verbis excepit d. decis. Electoral. Saxon. 81. vers. andere aber ꝛc.) Reo coitum confitenti juramentum purgationis haud injungatur, sed ille actutum ab institutâ actione matrimoniali absolvitur; & qvæstio stupri ejusqve discussio ad judicem secularem remittitur. Er wird von Klägerin An- und Zusprüchen der Ehe halber entbunden / und ihme sich in andere wege Christlichen zu verehlichen verstattet und nachgelassen / und der Klägerin freygestellet / Beklagten wegen der zugefügten Schwängerung / wann sie ihn dißfalls Anspruchs zu erlassen / nicht gemeinet / vor der Weltlichen Obrigkeit zu belangen. Ex pronunciatur in Consistoriis h. m. Es ist aber Klägerin we-
88. gen der zugefügten Schwängerung Beklagten vor der Weltlichen Obrigkeit fernerweit gebührend zu belangen / unbenommen. Teste qvotidiana obser vantia in Consistoriis & reliqvis Dicasteriis recepta. Prout etiam in supremo Consistorio Dresdensi hactenus multoties decisum fuisse memini. Illud
89. tamen hîc cum Dd. facilè concedimus confessionem stupri omni effectu non destitui, sed concurrentibus adhuc aliis præsumtionibus atqve Indiciis gravibus & verisimilibus suprà n. 77. à nobis recensitis, & à Dd. allegatis passim traditis, wann über den gestandenen Beyschlaff annoch gnugsame Ursachen und Verdacht wider Beklagten sich ereignen, qvo & referendi qvalitas personæ ejusque vita anteacta, & fama suis reqvisitis vallata, variatio & inconstantia sermonis seu mendacium ex parte Rei, nec non titubatio atqve animi trepidatio &c. & tota hæc res arbitrio & discretioni Judicis committenda est:) Judicem ad impositionem Juramenti tutò devenire posse, ceu pluribus demonst.

Kitzel. *in Synops. matrim. c. 10. th. 26. lit. d.* Carpzov. *d. tr. lib. 2. tit. 4. def. 28.* Havem. *d. tit. 4. posit. 16. pag. 575. & seqq. & tit. 5. posit. 1.* Esbach. *in not. ad Carpzov. p. 1. const.*

consil. 22. def. 5. Brouwer. *d. c. 2. n. 25. 26.*

eòqve collimat

d. Decis. Electoral. Saxon. 81.

veluti etiam hactenus in hanc sententiam in supremo Consilio Dresdensi sæpius fuit pronunciatum. 90.

Quod si v. Reus utrumqve, tam stuprum quam matrimonii promissionē inficietur, & actrix adversus ipsum graves ac urgentes præsumtiones commissi stupri, vel etiã promissionis matrimonialis probaverit, hocce casu Judex super utroque conjunctim Reo juramentum purgationis benedeferre potest. 91. 92.

Secund. Sneidew. *ad tit. J. de Nupt. p. 1. n. 50.* Beust. *de Jur. Connub. p. 1. de sponsal. c. 50. circ. fin.* Kizel. *in Synops. matrimon. c. 10. th. 25. lit. d.* Carpzov. *d. t. 4. n. 49.* Havem. *d. pos. t. 16. pag. 578.*

Et teste observantia sententia fertur h. m.

Daß Beklagter zuförderst/ daß er Klägerin fleischlich nicht erkennet/ noch ihr die Ehe versprochen/ zu schweren (*vel* cyd. 93. zu erhalten) schuldig/ ergehet so dann in der Sachen ferner was recht ist.

Præstito hoc juramento Purgatorio, consvetis in Consistoriis ceremoniis, per Reum, absolvitur quidem iste ab actione matrimoniali totaliter, non tantum qvoad causam principalem, sed etiam quoad accidentia ejusdem & Expensas, concessa simul utriqve parti facultate nuptias contrahendi cum alia persona: Es wird Beklagter von der geklagten Ehe absolviret/ und beyden Theilen sich in andere wege Christlichen zu verehlichen zugelassen/ prout apparet ex trad. 94.

Beust. *d. p. 1. concl. 49.* Kizel. *d. tr. cap. 10. theor. 26. lit. E.* Hoeg. *p. 1. q. 40. n. 38. & seqq.* Carpz. *p. 1. const. 22. def. 17. & in Jurispr. Consistor. l. 3. tit. 4. def. 51.* Esbach. *in not. ad Carpzov. d. const. 22. def. 17.* Haveman. *in Gamalog.*

malog. Synopt. lib. 4. tit. 4. posit. n. circ. fin. Brunnem. *in Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 18. §. 65.*

nisi culpa sua (putà conversatione aliisq; actibus suspectis)
95. causam culpabilem suspicioni præbuerit, quo casu Reum, licet juraverit, adhuc in Expensas condemnari posse, sent. post

Vallens. *de Jur. Canon. tit. de purgat. canon. n. 6.* Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 17 th. 47.* Esbach. *in addit. ad Carpzov. d. def. 17. n. 3.* Brunnem. *d. §. 66.*

uti etiam sæpius in Protosynedrio Dresdens. pronunciatum memini, hisce formalibus:

96. Es ist aber Beklagter die auff diesen Proceß gewandte Unkosten auff vorgehende *Liquidation* und erfolgende *moderation* Klägerin zu erstatten schuldig.

Qvid verò si Reus juramentum Purgationis sibi injun-
97. ctum detrectet & jurare nolit, vel etiam ad præstationem juramenti legitimè citatus, in termino præfixo non compareat, ejusque contumacia manifesta fit ex actis. Tum ipsum, prout in aliis juramentis receptum, prævia accusatione contumaciæ, pro confesso & convicto haberi, illiqve
98. matrimonii consummationem injungendam esse, trad.

Beust. *d. tr. p. 1. de Sponsalib. c. 55. 56.* Kitzel. *in Synops. matrim. c. 11. theor. 25. lit. f.* Carpzov. *in definit. Ecclesiast. l. 3. tit. 4. def. 52.* Havem. *d. lib. 4. tit. 4. posit. 16.* Brouwer. *d. tr. lib. 1. c. 1. n. 23. n. 27.*

99. Et ita decisum fuit in Supremo Consistorio Dresd. in causa Catharinen George Heckers Tochter Klägerin eines Caspar Kratzigen Beklagten anders th eils 10. Aug. 1660. & in causa Dorotheen Drommerin Klägerin eines Hansen Dienern Beklagten anders theils 12. Aug. 1670. & in causa Marien Kunerin Klägerin eines Joh. Severin Willers Beklagten anders theils 21. Decem. d. a. item in causa Margarethen Salomen Leipoldin Klägerin eines

eines/ G. C. v. W. Beklagter anders theils 15. Decembr. 1679.

Et hoc juramentum purgatorium semel impositum, 100.
pôstea neqve à Judice neqve à partibus remitti posse contendunt quidem,

Beust. *de jur. Connub. p. 1. c. 57.* Kitzel. *d. cap. 11. theor. 26. lit. G.* Berlich. *p. 1. concl. 57. n. 62. & p. 2. concl. 5. n. 44.* Setser. *de Juram. l. 3. c. n. 8. 9.*

Sed contraria sententia jam in praxi magis recepta est, ita ut hodie in Consistoriis nostris Saxonicis, juramentum 101.
purgationis nondum præstitum, ab adversa parte, cui jurari debuit, maxime accedente approbatione & consensu Judicis deferentis, (cujus authoritas hocce casu omnino adhibenda est.) benè remitti possit, sive remissio ista tendat ad matrimonii consummationem, (putâ si in actione matrimoniali ab Actrice sit jurandum, se præter Reum cum nullo alio viro rem habuisse,) sive ad dissolutionem. Cum n. (1) hîc principaliter de interesse & jure partis, in cujus favorem Juramentum Reo fuit delatum, agatur, con- 102.
seqvens erit, ipsum huic juri ex re judicata qvæsito renunciare posse.

per l. pen. C. de pact. & ea quæ ibid. trad. Barbosa, Brünnem. aliiqve.

nec non,

l. remitti 6. ff. de jurejur. l. 8. C. de reb. cred. & jurej.

qvi textus licet propriè de juramento Judiciali ab actore delato, & postea Reo ad jurandum parato, remisso loqvantur, per bonam tamen conseqventiam & legalem illationem ob identitatem rationis in d. l. 6. ff. de jurej. expressæ, (qvia nempe pars deferens contenta est voluntate suscepti juramenti) etiam ad hoc Juramentum â Judice delatum applicari possunt, & hinc casus, qvos nectit paritas rationis, qvoad juris dispositionem non sunt separandi

l.32.ff. ad L. Aquil. confer. Hillig. *in Donell. Enucl. l. 1. c.14.* Sutholdt. *dissert. 1. aphor. 12.*

103. fac. (2) huc, quod etiam in Juramento necessario æqve legali, remissio ab adversario facta locum inveniat Secund. Hillig. *in Donell. Enucl. l.21. c.19. lit.Z.*

104. & (3) in casu præsenti potissimùm versetur partis interesse, ut modo dictum, & hinc parte illa, contra quam altera se jurato purgare tenetur, in remissionem consentiente, similiter concidat & expiret officium Judicis mercenarium, illiqve soli, dissentiente parte, præstationem juramenti exigere nullo modo liceat. Pronunciatur ergo in tali

105. casu remissi juramenti in Consistoriis h. m. Dieweil Klägerin Beklagten den am . . Anno - - zuerkandten Eyd gutwillig erlassen/ und von ihrer Ehe-Klage abgestanden/ so wird er von derselben/ der Ehe halber/ billich entbunden/ und loßgezehlet/ massen wir ihn darvon entbinden und loßzehlen/ ihnen auch beyderseits in andere wege sich Christlichen zu verehlichen verstatten und nachlassen. Vel h. m. si de consummatione matrimonii qvæstio sit: Dieweil Beklagter der Klägerin den ihr/ in unsern am . . Anno - - zuerkanten Eyd erlassen/ so hat es darbey sein Bewenden/ und ist dahero Beklagter nunmehro seines einwendens ungeachtet/ mit Klägerin die versprochene Ehe durch Priesterliche copulation förderlichst zu vollnziehen schuldig/ in Verbleibung dessen wird er durch die Weltliche Obrigkeit darzu billich compel-

106. liret und angehalten. Ita decisum fuit in supremo Consistorio Dresdens. 20. Junii 1649. in causa Justinen Ungerin Klägerin eines/ Paul Ziegern Beklagten anders theils/ & in causa M. S. H. Klägerin eines/ J. G. H. Beklagten anders theils 4. Febr. 1680.

107. Et sic multum negotii non facessunt argumenta pro firmanda sententia contraria à Beust. *d. tr. p. 1. c. 52.* adducta, & à Setsero *d. tr. l. 3. c. 11. n. 8.* verbotenus repetita. Ad

(1)e-

(1) enim respondetur, non seqvi, Juramentum purgationis est legale, Ergò neqve in potestate partis, neqve Judicis est positum, illud remittere. Qvod enim Judicem attinet, qvoad hunc qvidem dubio caret, istum solùm in juramentis legalibus, (putà suppletorio vel purgatorio) juramentum in sententiâ delatum, invita parte illa, cui jurandum, remittere nullo modo posse, cum hoc modo auferret ipsi jus per rem judicatam acqvisitum, contra jura notissima. Aliud verò dicendum, si accedat consensus partis, de cujus interesse principaliter agitur, quia isto casu voluntas partium Lege subnixa, secum etiã trahit assensum Judicis, cujus ex sua parte nihil interest, illeqve necessariò remissionem approbare tenetur, & ex officio præstationem juramenti exigere vel ultra voluntatem partium officium suum mercenarium exercere neqvit. Negatur itaqve in præsenti negotio Judicem super contractum matrimonii qvodammodo pacisci. Ad 2. respond. petitionem principii committi à Beust. & Setser. dum asserunt remissionem juramenti in potestate partium non esse, sed legis dispositione, qvæ vult, hoc juramentum ã parte præstandum esse. Suprà enim sufficienter probavimus, tam in Juramentis à lege & Judice delatis, remissionem omnino obtinere, & qvemlibet favori pro se introducto renunciare posse. Et qvamvis hîc Lex præstationem juramenti parti injungat, attamen illa tacitam conditionem præsupponit, si scilicet pars illa, cui juramentum præstandum, illud enixè quærat, jus suum perseqvatur, illudqve non remittat. Alias assistentia & præceptum Legis nihil operatur neqve invito beneficium confertur,

108.

109.

arg. l. invito 69. & l. 159. §. fin. ff. de reg. Jur.

Manet igitur, (qvicqvid hîc dicant Beust. & Setser.) firmum atq; fixum, Judicem talem remissionem omninò concedere debere.

 Pari-

110. Pariter neq; Reus per præstationẽ prædicti Juramenti, ratióne stupri perpetrati & alimentationis infantis ex stupro procreati liberatur, nam nihilominus vitiatam, secundum vires patrimonii ipsius, & mulieris stupratæ, ejusque patris, conditionem & facultates dotare, & infanti alimenta præstare obstrictus est, (Er muß die stupratam ihres Standes und Herkommens nach dotiren, und wenn sie von ihme Leibes-Frucht hat, dieselbe auf Gerichtliche Ermäßigung alimentiren ut loquitur Constit. Electoral. Saxon. 22. p. 4.

111. Ubi transactione partium super dotatione & alimentatione infantis deficiente, dotis & alimentorum quantitas, Judicis arbitrio & moderationi comittitur, vel pluribus deduc.

Beust. *de jur connub. p. 1. c. 49.* Berlich *p. 5. concl. 38. n. 17. & seqq.* Carpzov. *in pract. Criminal. p. 2. quæst. 68. & in definit. forens. d. p. 4. const. 27. def. 1. 2. 3. 4. & seqq. ibique* Esbach. *in addit.* Id. Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 14. def. 228. & seqq.* Havem. *d. tr. tit. 4. tit. 5. posit. 4.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 2. c. 26. n. 42. & seqq.* aliique Dd. ab his citat.

add.

Brunnem. *d. c. 18. §. 28. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* Sand. *in decis. Frisic. l. 2. tit. 1. def. 10.*

modò etiam Stuprator confiteatur Stuprum illudque legitimè fuerit probatum, & de aliis corrivalibus non constet; Alias enim quando stuprata de fornicatione cum aliis est

112. suspecta, stupratori infantis alimentatio non injungitur, priusquam juramento suo stuprata se purgaverit à suspitione (ehe und bevor sie eydl. erhalten daß ihr von keinem andern Vater des Kindes/ als von Beklagten bewust seye.

vid. hîc Tessaur. *decis. 3.* Berlich. *d. concl. 38. n. 57. & seqq.* Carpz. *d. tit. 14. def. 229.* Haveman. *d. posit. 4. p. 562.*

Qvanqvam autem Dd. nostri, alimenta tam diu, usqve dum Infans ex operis suis se alere potest (biß es sein Brod selbst erwerben kan) ipsi à Stupratore suppeditanda esse asserant, illaque in Scabinatu Lipsiensi etiamnum, ex observantia ibidem recepta, usque ad 13. ætatis annum Infantis impletum, (biß es das 13. Jahr seines Alters erreichet) qvotannis in certo qvanto, (p. aliquod sexagen. novar. oder neue Schock) præstanda, adjudicentur, & antehac etiam in Protosynedrio Dresdensi alimentatio Infanti usqve ad 12. ann. in certo qvanto annuatim exsolvenda fuerit assignata: Attamen hodie in Consistoriis nostris Saxonicis hîc certa ætatis determinatio non observatur, sed ante omnia Transactio super dotatione defloratæ, & alimentatione Infantis, omni diligentia inter partes tentatur, & illa locum non inveniente, tum demum succedit arbitrium Judicis, & moderatio ejusdem, tam qvoad dotem quam alimenta in certa summa (es wird der Stupratæ über Häupt eine gewisse Summa/ vor den Krantz/ und zugefügte Schwängerung/ und des Kindes alimentation per sententiam zugesprochen) & pronunciari solet hoc casu: 113. 114.

Es ist aber Beklagter seinem Versprechen nach (si transactio partium accessit, vel, (illa deficiente,) der Klägerin wegen des Beyschlafs und zugefügter Schwängerung (vel vor den Krantz) und vor des Kindes alimentation über Haupt . . Thaler: vel, Gülden/ auf nachgesetzte termine, als . . und . . zu bezahlen/ und vor uns zu erlegen schuldig. Circa quam tamen moderationem Judex ad compescendas vagas libidines & freqventiam hujus delicti minuendam parce procedere solet, ita ut inter vilioris conditionis homines, rarò ultra 20. 25. 30. vel 40. Thaler/ vel florenos, conjunctim loco dotationis & alimentationis infantis Fœminæ stupratæ in Judiciis nostris Ecclesiasticis hodiè semel pro semper 115. 116.

CAP. II.

De causis justis ac sufficientibus Repudii, & quatenus illud ob Vitia Animi, Corporis & Fortunæ concedi debeat.

SUMMARIA.

1. Quænam justæ causæ repudii.
2 Judex summè cautus [illegible] in sponsalibus rescindendis.
3. Cujus discretioni & arbitrio id permittitur.
4. Quando rescissio sponsaliorum concedenda?
5. Multum interest inter dissolutionem sponsaliorum & matrimonii.
6. Facilius sponsalia, quam matrimonium dissolvitur.
7. Solus mutuus contrahentium dissensus non est sufficiens causa dissolvendi sponsalia publica de præsenti.
9. Sponsalia de futuro facilè dissolvi queunt.
10. Jure Hebræo & Romano ex leviusculis causis repudia & divortia olim concessa
11. Hodie jure Romano tantùm ob certas causas.
12. Praxis hodierna in hac re.
13. Quænam igitur sufficientes causæ repudii?
14. Eæ ad tria capita reductæ: Animi, Corporis, Fortunæ defectum.
15. Annumeratione (1.) Ob inimicitias capitales & implacabiles resolvi sponsalia possunt.
16. Inprimis si sævitia sponsi accesserit.
17. Vel ab alterutrâ parte atrocissimæ injuriæ illatæ.
18. Sic pronunciatum in Protosynedrio Dresdensi.

19. Utri-

43 *Casus primus.*
44. *Casus secundus.*
45. *Sponsalia ab iracundo contracta invalida sunt.*
46. *Ex nimio amoris æstro (nisi vitium aliud aut fraus accedat) contracta, rectè obligant.*
47. (4.) *Ob fornicationem quoque sponsalia rectè dissolvuntur.*
48. *Duo principaliores casus hic considerandi.*
49. ((1.)) *Si post sponsalia publica, fornicatio commissa.*
50. *Quo casu repudium rectè conceditur.*
51. *Quid si stuprum violentum sponsa passa sit?*
52. *Variantes in hoc casu Dd. sententiæ.*
53. *Calculus noster adjectus iis, qui dissolutionem probant.*
54. *Quidam isto casu distinguunt inter sponsalia de futuro & de præsenti: quod non probamus.*
55. *Quid si stuprum sit commissum mandato aut instinctu alterutrius partis?*
56. *Repudio hoc casu non est locus.*
57. *Quid si post stuprum commissum, quod rescivit sponsus, sponsam conjugali concubitu amplexus sit?*
58. *Nec hoc casu locum habet repudium.*
59. *Quid si ambo scortati sint?*
60. *Mutuo compensant.*
61. ((2.)) *Si ante sponsalia contracta, est commissa fornicatio.*
62. *Etiam hoc casu repudium conceditur.*
63. *Quod variis textibus, auctoribus & rationibus probatur.*
64. *Quid si sponsus ante sponsalia contracta fornicatus sit?*
65. *Sponsa ipsum repudiare potest.*
66. *Præjudicia in hoc casu supremi Consistorii.*
67. *Interdum tamen hoccè casu, pro ratione circumstantiarum, repudium denegatur.*
68. (5.) *Ob supervenientem infidelitatem & falsam religionem sponsalia rectè dissolvuntur.*

 69. *Di-*

97.

97. (9) Ob notabilem mutationem morum, desperatâ emendatione, sponsalia dissolvi possunt.

98. Exempla hujus rei.

99. Corporis vitio dirimuntur sponsalia.

(1) Ob coëundi impotentiam perpetuam.

100. Quo referunt & apoplexian & paralysin.

101. Materia impotentiæ uberius explicatur.

102. De Apoplexiâ & paralysi repetitio & Præjudicia.

103. Unicoles pro sano habetur, & ipsi repudium mitti haut potest.

104. Cum eunucho & ejus generis, sponsalia contracta planè irrita sunt.

105. Etiamsi mulier bene conscia jure suo cedere velit.

106. Præjudicia in hac re supremi Consistorii.

107. Imo & jam contractum tale matrimonium, a judice ex officio dirimi & pro nullo declarari debet.

108. Nec dispensatio hic, ne â Papâ quidem, fieri potest.

109. Casus notorius talis matrimonii in Saxoniâ, omnibus improbatus.

110. (2) Ob morbum contagiosum & immedicabilem dirimuntur sponsalia.

111. Quinam tales morbi esse putentur.

112. Imo ne volentes quidem tale matrimonium consummare possunt.

113. Præjudicium, quoad Epilepsian, supremi Consistorii.

114. (3) Ob morbum insanabilem non-contagiosum permittitur repudium.

115. Qualis est phtysis & hydrops.

116. Ob reliquos morbos curabiles & temporarios sponsalia non dirimuntur.

117. Quatenus ob supervenientem graveolentiam oris sponsalia dirimantur?

118. *Ob externa quoque corporis vitia sponsalia sæpe dissolvuntur.*
119. *Triplice limite vitia hæc distincta.*
120. *Quidam hîc generaliter dissolutionem denegant.*
121. *Quidam inter sponsalia de præsenti & de futuro distinguunt.*
122. *Nos prioribus duobus limitibus repudium admittimus.*
123. *Quod probamus per rationem primam.*
124. *Secundum.*
125. *It. per Textum juris Can. & auctoritates Dd.*
126. *Cocles sponsa facta repudiari potest.*
127. *It. si medicamenta sterilitatem inducentia, sumserit.*
128. *Tertio limite (scil. ob faciei deformitatem supervenientem) sponsalia dissolvi non possunt.*
129. *Quod in fœmina quidam restringunt.*
130. *Nos negativæ accedimus.*
131. *Fortunæ seu status mutatione rescinduntur sponsalia (1.) ob existimationis læsionem.*
132. *Talis vero ea esse debet, quæ crimen hominis sequatur.*
133. *Exempla eorum criminum.*
134. *Quid si delinquens justitiæ manus effugerit, vel ipsi pœna tantum extraordinaria infligatur?*
135. *Etiam istis casibus repudium mitti posse.*
136. *Ob homicidium dolosum repudium rectè petitur.*
137. *Etsi homicida sit aggratiatus.*
138. *Quia manet infamis:*
139. *Nec sponsæ invitæ jus quæsitum à Principe potest auferri.*
140. *Præjudicium hujus rei Protosynedrii.*
141. *Ob homicidium necessarium & casuale, repudium locum non habet.*
142. *Ob culposum vero nobis idem non videtur.*
143. *Ob furtum quoque sponsalia rectè dissolvuntur.*

144. Licet extraordinaria tantùm pœna infligatur.
145. Ratio hujus rei prima.
146. Secunda.
147. Tertia.
148. Ad argumenta contraria Carpzovii respondetur.
149. Ad primum.
150. Ad Secundum.
151. Ad Tertium.
152. Ob infamiam facti quoque sponsalia rectè dissolvuntur.
153. Exempla hujus infamiæ.
154. An spurius sit infamis, & an ei rectè repudium mittatur?
155. Negatur, ob rationem primam.
156. - Secundam.
157. Limitatio nostræ materiæ prima.
158. - Secunda.
159. - Tertia.
160. Ob bonorum jacturam quatenus sponsalia resolvi queant?
161. Decoctori & bancaruptori repudium rectè mittitur.

Diximus suprà, in principio hujus Tractatus. cap. 1. n. 2. dissolutionem sponsaliorum ex justa causa fieri debere. Qvænam autem sint in hac materia, justæ ac sufficientes causæ, itidem tam ex juris nostri principiis, 1. quam traditis Doctor: nec non observantia jam pertractare necessarium ducimus. Ubi in genere præmonendum (1.) Sponsalia â Judice Ecclesiastico, non nisi ex gravibus & sufficientibus causis jure definitis iisque probè examina- 2. tis, probatis ac cognitis dissolvenda, & temeraria repudia, ob scandalum levitatis, aliaqve quamplurima inconvenientia exindè emergentia, summé vitanda esse. Quapropter in Repudio Judex præprimis, quid Reipublicæ, Eccle-

siæ & privatæ familiæ utile sit, attendere tenetur, velut pluribus docet

Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 159.* Cypr. *de jur. Connub. c. 13. §. 8.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 13. posit. 1.* Carpzov. *in Jurispr. Consistor. l. 2. t. 10. def. 175.*

conf.

Brouwer. *de jur. Connub. l. 1. c. 25. n. 7. 8. 9. 10.*

Et hinc rectè trad. Dd. nostri, qvod totum hoc negotium, &
3. qvænam legitima hodie causa repudii esse intelligatur, committendum sit discretioni & arbitrio Judicis, sumturi argumenta ex rerum circumstantiis. Ideoque interpretes nostri in præsenti materia generale hoc tanqvam axioma, præmittere solent: Tum demum repudio dari locum, „qvoties post celebrata sponsalia, nova causa supervenit, „vel ejusmodi casus accidit, qvi si tempore sponsaliorum
4. „affuisset, vel præcessisset, sponsus vel sponsa in matrimo-„nium nunqvam consensisset, vel tale obvenerit incom-„modum, qvod repudiantem, si præscivisset, à sponden-„dis nuptiis proculdubio deterruisset: adduntqve insuper et hoc, parti asserenti, sub jurisjurandi religione, se non contracturum fuisse, si rem ita se habere, uti jam apparet, præscivisset, credendum esse.

vid. hîc Menoch. *l. 2. arbitr. Judic. cent. 5. cas. 455.* Duaren. *ad tit. ff. solut. matrim. in pr.* Carpzov. *d. tit. 10. def. 175.* Havem. *d. lib. 1. tit. 13. posit. 7. pag. 171.* Brouwer. *d. c. 25. n. 9.* (ubi etiam, in conflictu rationum, sit „ne justa vel injusta causa allegata, potius repudium admittendum quam negandum esse scribit.)

consent.

Sanchez. *de matrimon. lib. 1. disputat. 62.* (ubi hanc doctrinam etiam ad sponsalia juramento confirmata, istumque casum, si ante novæ causæ superventum, alter

ter in mora adimplendi sponsalia fuerit, extendit.)
Christin. *vol. 3. decis. Belgic. decis. 124. n. 6. 7.*

(2) præmittend. qvoad dissolutionem multum interesse, 5.
inter Sponsalia & matrimonium; nec prohibitionem di-
vortii, argumentum præbere ad repudium, idcirco illa fa- 6.
cilius & levioribus ex causis, quam illud dissolvi posse, stat.
Dd. nostri, & ex iis,

Harpr. *ad rubr. J. de Nupt. n. 121.* Kizel. *in Synops. matri-mon. c. 5. theor. 8. lit. K.* Carpzov. *in definit. Ecclesiast. l. 2. tit. 10. def. 179. n. 11. & def. 188. n. 12.* Mev. *p. 6. decis. 225.* Dn. Stryck. *de jur sens. dissert. 2. c. 1 n. 8.*

(3.) præmittend. mutuum contrahentium dissensum, pro 7.
justa causa dissolvendi sponsalia de præsenti publica, nul-
lo modo haberi, neq; eatenus ullum pactum, extrajudicia-
le, ullamve transactionem privatam, sponsalia dirimen-
tem, locum obtinere propt.

text. *Matth. 5. & 19 can. quos Deus 33. quæst. 3.*

& rationes, quas adduc.

Beust. *de jur. Connub. p. 1. c. 58.* Cypr. *d. tract. c. 13. §. 11. n. 5.* Kizel. *in Synops. matrimon. c. 8. theor. 11. lit. c.* Schrader. *ad tit. J. de Nupt. p. 1. n. 31. & seqq.* Arnis. *de jur. Connub. c. 6. sect. 3. n. 14. & seqq.* Finckelth. *obs. 42.* Havem. *d. tit. 11. posit 5. & lib. 4. tit. 3. posit. 2.* Carpzov. *d. t. 10. def. 172. & in Resp. Eccl. l. 5. tit. 10. quæst. 1. 8. n. 23. & seqq.* (*ubi etiam sanctionē Pontificia hac in re contrariam refellit.*)

add.

Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 16. §. 7.* Esbach. *in addit. ad* Carpzov. *definit. forens. p. 4. const. 20. def. 10.* Mev. *p. 5. decis. 211.* Carpzov. *in definit. Eccles. l. 3. tit. 2. def. 39. & 40.*

Quamvis quandoque mutuus contrahentium consensus,
maxime accedente alia justa atque legitima causa dissoluti- 8.
onis,

onis, in Consistoriis nostris attendi soleat, & facilius con-
„cedatur Repudium, si utraqve pars in illud consentiat,
„quam si altera invita petatur, teste observantia.

conf. Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. t. 10. def. 181. n. 13.* Cypr. *d. c. 13.* Brouwer. *d. c. 35. n. 38.*

9. Sponsalia autē de futuro, (qualia hodie habentur, quæ sub certa ac honesta conditione, aut adjecta die contrahuntur, ut & tractatus sponsaliorum præparatorii,) qvod attinet, ab istis pro lubitu, invita altera parte, rursus recedere licet, & longè facilius illa, qvam de præsenti celebrata dirimi possunt, per text. expr.

in cap. præterea 2. x. de sponsal.

& trad,

Beust. *d. tr. p. 1. c. 10.* Cypr. *d. tr. c. 13. §. 12.* (*ubi ampliat in sponsalibus juramento confirmatis*) Kizel *d. c. 8. theor. 13. 14.* Havem. *d. t. 23. posit. 2.* Brunnem. *d. c 16. §. 7.* Carpzov. *d. lib. 2. Jurispr. Consistor. tit. 2. def. 18. & tit. 10. def. 174.*

Et qvamvis (ut propius ad tractationem causarū in justa-
10. rum accedamus, olim de Jure divino & civili, apud Ebræos & Romanos, conjuges partim bona gratia, partim cum ira animi sui & offensa discesserint, & ex qvibusvis, etiam leviusculis & frivolis causis, ut & ob fribusculum, & mutatum duntaxat sponsi sponsæve amorem animumve, repudiū fuerit concessum, (wenn gleich nur die desponsatæ einander in etwas schlimm angesehen) dato libello repudii; & per verba illa solennia, *conditione tua non utor*; contractui sponsalitio impunè renunciare licuerit pœnitenti, ut videre est ex

Deuteron. *c. 24.* vers. 1. seqq. *l. 2. & t. t. ff. divort. l. 32. §. 10. ff. de donat. jur. vir. & uxor. & qvis qvæ ibid. trad.* Wesenb Colleg. Argent. Hahn. Dn. Struv. Eckolt. *in Comment.*

ut & Arnis.

Arnis. *de jur. Connub, c. 6. sect. 2. & 3.* Rosin. *l. 5. Antiquitat. Romanar. c. 38.* Cypr. *de jur. Connub. d. c. 13. §. 1. 2. 3. & seqq. usque ad §. 9.* Rittershus. *in Expos it. Novell. p. 4. c. 7. 8.*

Attamen nimiam illam licentiam, Imperatores posteriores anguſtiorem effecerunt, & cauſas Repudii olim incertas & arbitrarias, in l. 8. C. de Repud. & denique in 11.

Nov. 22 c 15. Nov. 117. c. 8.

tam ratione viri, qvam uxoris ad certum ſaltem numerum, (reliqvis abſciſſis) contraxerunt, ob qvas cauſas viro uxorem repudiare, & uxori â marito divertere liceat, veluti pluribus deduc.

Covarruv. *tom. 1. p. 2. de matrimon. c. 7. §. 4. n. 2. 3. 4. 5. & seqq.* Kizel. *in Synops. matrimon. c. 8. theor. 1.* Cypr. *modo alleg. loc.*

Quod omne hodie in Eccleſia Chriſtiana prorſus eſt abrogatum, adeò ut poteſtas ſeparandi Conjuges, in ſola voluntate Conjugum non amplius ſit poſita, nec cuiquam privata authoritate, etiam juſtis de cauſis, diſſolutionem ſponſaliorum publicorum jam contractorum, inſtituere permittatur, ſed ſecundum praxin hodiernam totius Germaniæ poteſtas illa unicè â publica magiſtratus Eccleſiaſtici authoritate dependet, qvi re prius ſatis cognita, per ſententiam decidere ſolet, ſufficientes cauſæ ad ſeparationem adſint, annon. 12.

Kizel. *d. c. 8. theor. 1. lit. c. d.* Gerhard. *in loc. d. Conjug. §. 101. & seq.* Carpzov. *in Jur. pr. Consistor. l. 2. tit. 10. def. 15.* Havem. *d. lib. 1. tit. 13. posit. 1. & 3.*

Concord.

Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon *sub rubr.* von beyden Conſiſtorien zu Leipzig und Wittenberg. tit. was vor Sachen ins Conſiſtorium gehörig.

Inter causas verò istas ad dissolutionem Sponsaliorum suf-
13. ficientes, quas ad hæc tria summa capita reducit,

Brouwer. *de jur Connub. l. 1. c. 25. n. 11. & seqq.*

nimirum qvod concernant desponsatorum vitia seu mala, (1) animi, (2) corporis, & (3) fortunæ tam à theologis
14. quam Jureconsultis nostris referuntur potissimum sequentes. Etqvidem, ut a Vitiis animi initium faciamus
15. (1) Inimicitiæ desponsatorum supervenientes, eæqve non leves, (quas componere Judici incumbit) nec confictæ, neqve affectatæ, sed magnæ, capitales, implacabiles atque perennantes, quibus non ipsemet actor, sed altera pars refractaria causam & occasionem dedit, secund.

cap. 2. & cap. 17. x. de Sponsal.

& si sponsus sponsam, vel è converso hæc illum, tanto capitali & vatiniano prosequitur odio, ut verisimile sit, nunquam inter eos coalituram concordiam, vel Nuptias illas materiam cædibus vel adulteriis daturas: vel certamina perpetuasque rixas, & alterna jurgia excitaturas, tam inter futuros Conjuges, quam ipsorum Consangvineos & Propinqvos; qvo casu, & probata tali inimicitia, præsertim, si uterqve animo exulcerato à pactione sponsalitia discedere cupiat, eamve rem apud Judicem urgeat, ac reconciliatio omni studio inter partes tentata, successu careat, (wenn sie beyde die Auffhebung des Ehegelöbnis suchen / und die güttliche Aussöhnung entstehet / und keine Hoffnung einer reconciliation verhanden /) Judex ad dissolvenda sponsalia ob consensum unius vel utriusqve partis, pronus esse debet: Cum melius sit in tempore occurrere, & malum præcavere, qvam post vulneratam causam, & matrimonium consummatum, separationem lecti & mensæ aliudve remedium qværere,

arg.

arg. *l. unic. C. quando li. unicuique sine Judic. l. ult. C. in quib. caus. rest. in integr. non est necess.*

Quæ doctrina multò magis procedit, quando ad odium capitale & sævitiæ sponsi, verberibus declaratæ, vel graviores, constantem mulierem terrentes, minæ accesserunt, vel sponsus sponsam, vel hæc illum, immerentem atrocissimis & intolerabilibus affecit injuriis, & sic odium Capitale verbis & factis fuit comprobatum, prout sent. 16.

17.

Trevis. *de sponsal. privil. 7. n. 14. & seqq.* Cypr. *de jur. Connub. c. 13. §. 82.* Schneid. *ad tit. J. de Nupt. rubr. de sponsal. n. 11.* (qui hoc casu tum demũ rescissionem admittit, si res adhuc sit integra, & concubitus nondum subsecutus propt. cap. is quidem 30. x. de sponsalib.) Harpr. *ad rubr. tit. J. de Nupt. n. 138.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 160.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 13. lit. d.* Carpzov. *d. l. 3. Jurispr. Consistor. tit. 10. def. 176.* Richter. *p. 2. decis. 8. n. 9. seqq. ubi hanc sententiam præjudiciis confirmat.*) Havemann. *in Gamolog. Synopt. lib. 1. tit. 13. posit. 4. & 7.* Brouwer. *d. tr. l. 1. c. 25. n. 25. & seqq.* (*qui hanc materiam eleg. pertract.*) Brunnem. *de Jur. Eccles. l. 2. c. 16. §. 7. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

Atque ita in Consistoriis nostris Saxonic. inprimis Protosynedr. Dresdensi, pro dissolutione Sponsaliorum hactenus multoties fuit pronunciatum. Consulat. etiam de hac re, 18.

Sanchez. *de matrimon. lib. 1. disp. 58.* Mev. *p. 4. decis. 43. 44. & seq.* (ubi disquirit, qualis inimicitia ad repudium, vel negandam coactionem consummationis voti, justa atque sufficiens sit, simulque causas aliquot inimicitiam justam efficientes recenset)

Quantumvis hocce casu, sponsalibus dissolutis, tam innocenti quam nocenti parti, cum aliis matrimonium contra- 19.

here permittatur, (Es wird beyden Theilen sich in andere Wege Christlichen zu verehlichen verstattet und nachgelassen) secundum

Carpzov. *in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 2[illegible]. def. 175. n. 12. & seqq. & d. def. 176. n. 9.* Richter. *p. 1. decis. 8. n. 12.*

Et observantiam jamdudum in Consistoriis Saxonic. receptam.

20. Quandoque tamen, si partis refractariæ contumacia magna ac notabilis existat; Judex Ecclesiasticus, cum ad dissolutionem progreditur, simul recusantem & partem sontem, non tantum ad certam mulctam pecuniariam condemnare, vel eidem aliam pœnam, (p. carceris,) dictare, vel istam Magistratui Politico reservare, sed etiam non nunqvam pœnæ loco cœlibatum pro re nata, si dissolutionis causa in solo reo contumace resideat, ad dies vitæ partis innocentis, sine causa repudiatæ, injungere solet, das es sich so lange Kläger lebet/ anderweiten Verehelichung enthalten solle veluti in hanc sententiam à Theologica pariter atqve Juridica Facultate Francofurt: 12. Junii 16[illegible]8. responsum

21. fuisse, reservata tamen Magistratui facultate dispensandi, refert

Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiastic.* Brunnem. *ad d. lib. 2. c. 16. §. 7.*

22. Licet ejusmodi cœlibatus præceptum, ob scandalum exinde emergens, in Consistoriis nostris Saxonicis, haud decernatur, nec unquam in Proto-Synedrio Dresd. tale præceptum emanasse memini. Illud verò ibidem magis receptum, ut in sententia dissolutionis, cum indictione mulctæ pecuniariæ, vel carceris, parti nocenti, interdum etiam utrique, ad certum saltem tempus, (nimir. ad annum, vel biennium vel triennium) ulterior desponsatio inhibeatur: Et ita decidit prædict. Consistorium supremum Dresdense in causa M. T. ejusque filiæ M. T. actor ex una, C. R. D. Rei

Rei ex altera parte 6. Martii 1668. hisce formalibus: Als werde bey so gestallten Sachen zwar die Sponsalia dissolviret und auffgehoben/ immassen wir sie hiermit also dissolviren und auffheben beyden Theilen aber von dato an/ als Beklagten 2. Jahr/ und 23. Klägerin 1. Jahr sich anderweit ehelicher Verlöbnis zu enthalten/ aufferlegen/ auch sie der angegebenen arrharum vor verlustig erklären/ und wird Beklagter C. R. hierüber / weil er Anfangs die Vollziehung aus vorgenannten nichtigen Uhrsachen verweigert/ darbey viel Anzügligkeiten gebrauchet und hierdurch solchen Zanck und Haß zwischen Klägerin und dero Vater und ihme veranlasset/ auch durch seine beharrliche Wiederaussagung der versprochenen ehelichen Treue die von Klägerin recusirte Remission, und hingegen numehro erfolgende dissolution verursachet/ und damit der Christlichen Gemeinde ein groß ärgernüs gegeben dessentwegen umb · Thal. Straffe ad pias causas condemniret. &c.

(2.) Inter animi vitia, seu mala, sponsalia dissolventia 24. quoqve refertur superveniens ac permanens Furor, mentis captio & Fatuitas, omnem plane usum rationis omneque animi Judicium exterminans: Cum ejusmodi furiosi, mente capti atque fatui, omni judicio rationis penitus destituti, maximè furiosi & mente capti pupillo & infanti, nec non absenti et ignoranti æqviparentur, voluntate perfecta destituantur, nullumque negotium reqvirens consensum, sive expressum sive tacitum, gerere possint, imò furiosi planè pro mortuis habeantur, per

l. infans ff. ad L. Cornel. de Sicar. § furiosus J. de inutil. stipulat. L. 2. §. furiosus ff. de jur. codicillor. l. 24. ff. de O. & A. l. furiosi 40. l. 124. §. 1. ff. de reg. jur.

& hinc etiam ad conjugalem conjunctionem, tanqvam actum præ ceteris summam circumspectionem reqvirentem, prorsus inidonei habeantur, per text. expr. in

L. 8. inpr. ibi: nam furiosus, licet uxorem ducere non possit &c.

fit & c. ff. de his qui sui vel alien. jur. l. 15. §. 1. ff. de Nupt. l. 77. §. 1. circ. fin. ff. ad Sc. Trebell. c. furiosus 32. q. 7. c. 24. x. de sponsal. Novell. Imp. Leon. 111. & 112.

& ea qvæ trad.

Gerhard. *de Conjug. §. 167.* Beza *de divort. & repud. pag. (mihi) 128.* Schrader. *add. tit. J. de Nupt. n. 66.* Covarruv. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 2.* Trevisan. *de sponsal. privileg. 7. n. 33. & seqq.* Tusch. *lit. S. concl. 579. & seq.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 3. c. 7.* Arnis. *de jur. connub. c. 3. sect. 2. & c. 6. sect. 9. n. 6. 7. 8. & seq.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 3. theor. 6. lit. a. b. c. d. & c. 8. theor. 12. lit. a.* Havemann *in Gamolog. Synops. l. 1. tit. 3. posit. 7. pag. 169.* Brouwer *d. tr. lib. 1. c. 4.* (ubi n. 3. subdit, nihil quicquam referre, sciverit ne alter contrahentium furore correptum sponsorem, vel ignoraverit,) *& cap. 25. n. 13.* Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. l. 2. tit. 10. resp. 181.* Froman. *de jur. furios. §. 3. n. 10. & 14.* (ubi neqvidem ex dispensatione magistratus furiosi matrimonium subsistere posse scribit,) aliique Dd. pass.

Consent.

Paul. Zach. *l. 2. quæst. Juridico-Legal. tit. 1. q. 7. (ubi de fatuis primi & secundi generis latè tract.) & q. 26. n. 21. & seqq.*

Atqve ita decisum fuit, qvoad dissolutionem Sponsaliorum ob mentis captionem in Proto Synedr. Electoral. Dresdens. in causa Justinen Plugbeulin Klägerin eines/ Wolff Tannenbergern anders theils 3. Novembr. 1668. Et qvamvis

Schrader. *add. t. J. de Nupt. n. 66.* Arnis. *d. tr. cap. 3. sect. 2. n. 5.* Kizel. *d. c. 3. theor. 6. lit. F.* Froman. *d. tract. art. 2. n. 7. pag. 69.* aliique Dd.

26. furiosum, mente captum & fatuum intervalla habentem, tempore remissionis sponsalia contrahere posse asserant,

& di-

& distinctio inter furiosum & mente captum, perpetuo morbo laborantem, & perspicuis intervallis gaudentem, in aliis actibus & negotiis humanis, (e. g. in contractibus & caussis testamentariis) indubie obtineat, secund.

l. furiosus C. *qui testam. fac. poss.* §. *1.* J. *quib. non est permiss. fac. testament.* *l. cum furiosus ff. de Judic.* *l. Divus ff. de off. Præsid.* *l. 20* §. *ne furiosi ff. qui testam. fac. poss.* *l.* 2. C. *de contrah. emt.*

& trad.

Hillig. *in Donell. Enucl. lib. 12. c. 22. l. 6. c. 5. lit. n. & lib. 12. c. 22. lit. c.* Gœdd *de contrah. & committ. stipulat. c. 7. n. 114.* Hottom. Mynsing. Vult. Rittershus. Ludw. aliorumque Dd. *ad d.* §. *1. J. quib. non est permiss. fac testam.* Treut. *vol 2. disp. 10. th. 3. lit. b. c.* Dauth. *d. Testam. rubr. qui testam. fac. poss. n. 21. & seqq.* Froman. *de jur. Furios. d. art. 2. n. 1. 2. 3. & seqq. pag. 67. & seqq.*

Attamen in hac materia matrimonii, ne qvidem furiosum intervalla habentem, tempore Remissionis ob periculum reincidentiæ, alia plura incomoda, sponsalia valide celebrare, & si contracta fuerint, illa propter supervenientem furorem matrimonio nondum plenarie consumato, omni jure statim dissolvi, ac partem sanam, ob justum metum futuri mali, matrimonii consumationem recte renuere posse, verius videtur, in quam sententiam, tanquam æquiorem etiam inclin. 27.

Zach. *d. tr. lib. 2. tit. 1. quæst. 16. n. 28.* Cypr. *de jur. Connub. c. 13.* § *59.* Brouwer. *eod. tract. lib. 1. c. 4. n. 8. & c. 25. n. 12.*

Cœterum circa hanc caussam observ. (1) prædictam doctrinam Dd. de dissolutione sponsalium ob furorem &c. cessare qvoad homines, obtusioris & stupidioris aliqvanto mentis, quos Grossos vel Grossulanos appellitant Inter- 28.

pret.

pret: & qui medii exiſtunt inter prudentes ac dementes (die alber und einfältig oder blödes Verſtandes ſeyn) de quibus expediti juris eſt, illos ſicuti in reliqvis actibus tam ſacris quam politicis, (v. g. ad Comunionem SS. Cœnæ, officia patrinatus, item teſtamenti factionem) rectè admittuntur, atteſtante, quoad Teſtamentum

Heig. *p. 1 quæſt. 38. n. 18*

ita etiam firmiter ſponſalia contrahere poſſe, & ob hoc ipſum quod groſſulani vel obtuſioris mentis ſint, repudio locum non dari. Qvod multò magis de Melancholicis aſſerendum, qui itidem ob ſolum affectum melancholicũ,

29. â celebratione ſponſalium arcendi non ſunt,

Vid. hîc Heig. *d. q. 38 n. 28. & ſeqq. n. 31. & ſeqq.* Carpzov *in Jurispr. Conſiſtor. l. 2. tit. 10. reſp. 183.* Paul. Zach. *in quæſtion. Medico Legalib. d. l. 7. tit. 1. quæſt. 9. n. 23. 24.* Brouwer. *d. tr. lib. 1. c. 4. n. 17.*

30. (2) Obſerv. & iſto quoque caſu, quando furoris, mentis captionis vel fatuitatis qvæſtio ſuboritur, Judicem Eccleſiaſticum non ſtatim ad nudam inſtantiam Partis reſciſſionẽ decernere, ſed prius accurata furoris probatione inſtituta, (de qua conſul.

Maſcard. *de probat. l. 2. concl. 824.* Tuſch. *tom. 3. lit. f. concl. 543.* Menoch. *l. 6. præſumt. 45.* Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 2. c. 12.*)

In furoris gradum, aliasque neceſſarias circumſtantias, & an ſpes ſanitatis futuræ effulgeat, illaque intra longioris temporis ſpatium, adhibitis comodis remediis, reſtitui poſſit, exactè inquirere, adeoque diſſolutionem ſponſaliorum differre debere usque dum appareat, de cura furoris penitus deſperata, parti ſanæ intermedio tempore, omni facultate ad novas Nuptias convolandi præcluſa, (Es muß ſich dasſelbe immittelſt aller fernern Verehligung enthalten,) Quapropter

pter per tempus & annos aliqvot, (p. annum, biennium, triennium aut qvadriennium) expectandum vulgo censent, ut interim, qvò res sit evasura, animadverti qveat, juxta

L. sæpe 17. ff. de sponsal.

quo tempore elapso, si tanta sit vis furoris, ut testimonio Medicorum & Peritorum, iste perpetuus futurus videatur, ejusve curatio habeatur perdifficilis, vel desperetur nec ulla spes sanitatis restituendæ reliqua sit, sponsalia jure dirimi posse, conclud.

Beza *de divort.& repud. pag. mihi 128. & seqq.* Cypr. *de jur. connub. c. 13. § 19.* Kizel. *in Synops. materia. c. 8. thesi 12.* Carpzov. *d. l. 2. tit. 10. def. 12.* Carpzov. *d. l. 2. tit. 10. def. 183.* Brouwer. *d. l. 1. c. 25. n. 12.*

Qvod si verò ægrotus ante sponsalia contracta furorem dolose celaverit, & sic alterum contrahentem fefellerit, illo casu absqve ulteriori dilatione & mora ad dissolutionem Judex bene progreditur, vel. iter. stat. 31.

Carpz. *d. def. 183. n. 13.*

A furore transimus (3) ad Ebrietatem, quæ similiter, si nimia fuerit, cœteris paribus, sponsaliorum dissolutionem meretur. Cum ejusmodi ebriétas sit furoris quædam species & simulacrum, & voluntaria insania dicatur, & ebrius usqve ad alienationem mentis, consentire neqveat, furioso ac dementi, ignoranti ac infanti, & mortuo comparetur, 32. 33.

Secund. can. qui concupiscentia 15. q. 1. c. à crapula 14. x. de vita & honest. cleric. can. ... & *Dd. ibi.* 34.

Ubi tamen cum Dd. nostris distingvendum inter Ebrietatem magnam, summam, mentis plane alienationem atque exilium inducentem; Ut priori casu, & si quis paulo plus, ad hilaritatem duntaxat, adbiberit, & ratione non destitu- 35.

atur (wenn er nur einen Lust-Rausch getruncken); & in tali ebrietate sponsalia in præsentia aliqvot testium contraxerit, ipsi ob consensum conjugalem hic non deficientem, venia recedendi â promissione sponsæ factæ, dari nullo modo de-
36. beat, maximè si persona illa contrahens sui est juris, & ex parte ipsius nexus patriæ potestatis pacto nuptiali non obstet. Prout & Consistoria nostra Saxonica pro hac sententia totâ die pronunciare, & sponsos sub fuco, falsoqve prætextu ebrietatis rescissionem conjugii expetentes, ad consummationem adigere solent, h. m.

Das sie ihres Verwendens ungeachtet / mit N. N. durch Priesterliche copulation die Ehe zu vollziehen schuldig seyn.

37. De posteriori vero casu aliud statuendum, nimirum sponsalia ab ebrio, omni ratione atque intellectu per ebrietatem prorsus destituto, celebrata, invalida esse, & hinc summa illâ ebrietate legitimè, (p. per testes de verbis, sermone aliisqve actibus, ut ingressu, gestibus & gesticulationibus ejus, qui temulentiam prætendit, deponentes, aut etiam pro ratione circumstantiarum juramento Purgatorio) probata, ad petitionem sponsi, omninò dissolvi debere.

per jura & rationes suprà adduct.

quod ipsum præprimis procedit, quando (1) apparet, â pu-
38. ellâ vel ejus necessariis aliisve, dolo malo, datave: opera, lenoniis artibus id esse actum, ut juvenis, alioqvin honestus ac sobrietatis amans inebriaretur, & fidem matri-
39. monii cœco impetu, non deliberato consilio daret: vel si (2) persona, cui ab ebrio promissum conjugium, turpis est, vel alioqui vilis conditionis, genere, moribus & familia, sponsi indigna.

Et hæc conclusio ampliatur (1) ut hocce casu, ne qui-
40. dem jusjurandum ad ebrio promissioni adjectum, qvicquam operetur, qvia hîc deficiunt Comites necessarii ju-

ra-

ramenti perfecti, in

cap. etsi Christus 26. x. de jurej.

expressi, & furiosi atqve dementis, cui assimilatur ejusmodi temulentus in summo gradu, nullum est jusjurandum.

Brouwer. *d. lib. 1. c. 4. n. 12. 13.*

(2.) ampliat. ut etiã copula carnalis ad promissionem summè ebrii accedens talia Sponsalia confirmare neqveat cũ concubitus per se, absqve concomitante vero consensu conjugali, (qvi in præsenti casu deest,) matrimonium non perficiat 41.

l. 32. §. si mulier ff. de donat. inter vir & uxor. l. consensus 30. ff. de R. J. (dissent. hic) Brouwer. *de jur. Connub. l. 1. c. 4. n. 14.*

Limitat. aut. prædicta conclusio, & Repudium ob sponsalia in magnâ ebrietate contracta, quandoqve non conceditur, sc. si (1) is, qui fuit ebrius, posteà sobrius discussa temulentiæ caligine, in præsentia duorum ad minimum testium, subseqventi die, aliove tempore ratum habeat, qvod in ebrietate gessit ac promisit, matrimonium promissum repetat, aut gratulationem acceptet; cum illo casu ex novo consensu teneatur contrahens. 42. 43.

(2) Limitat. si ebrius, qvotidianæ compotationi & ingurgitationi, nec non fallaciis ludificandi virgines honestas fuerit deditus, (wenn er alle Tage im Luder lieget und stets in Quaß und Fraß lebet/ auch bereits gewohnet ehrliche Jungfrauen oder Wittben/ in trunckener Weise die Ehe zu versprechen / und sie hernacher herumb zu rücken und zu betrügen) cui fallacia sua, & nimia levitas prodesse nullo modo debet, arg. 44.

l. non debet n. in fin. & l. seq. ff. de dol. l. 66. §. diximus ff. pro soc. l. transact. 3. C. de transact. l. 134. §. nemo ff. de reg. Jur.

Et hanc distinctionem Ebrietatis cum ampliation. & limitati-

ration. subnexis, comprobant & pluribus deduc. ex theolog.

lire velit, vel cognati proximi Sponsi vel Sponsæ interveniendo, & generis nobilitatem, nimiamqve inæqvalitatem personarum contrahentium allegando, consummationem impedire conentur,) causam Repudii & dissolutionis justām præbere possit, incidenter hîc qværitur? ubi in utroqve casu negativam amplectimur. Etsi enim ejusmodi disparitas sit impedimentum contrahendi matrimonii dissvadens, & inæqualia conjugia secum trahere soleant multa incommoda, quæ refert. 84.

Arnis. *de jur. connub. c. 3. sect. 6. n. 14. & seqq.* Cypr. *eod. tract. c. 13. §. 36. n. 1. & seqq.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 1. def. 9.*

Attamen illa disparitas non est impedimentum prohibens, multò minus promissionem conjugalem dissolvens, sed Nobilis ignobilem, non attenta pœnitentia alterutri9 contrahentium, ducere tenetur, & contradictio quoqve Cognatorum omni effectu destituitur. Quia (1) Nobilitas 85.
vel error in Nobilitate, consensum matrimonialem nec attingit, neqve vitiat, illaqve ab Interpp. refertur inter bonâ fortunæ, quæ sponsalia contracta non dirimunt, (2) 86.
quia matrimonium juris divini & naturalis est inventum, ideoqve ob diversitatem Status inter Christianos nullo modo impediendum, & (3) prohibitio & restrictio ista 87.
vergit in præjudicium libertatis matrimonii's debitæ, & hinc tanto minùs concedenda, facit etiam (4) quod talis 88.
conjunctio Nobilium cum inferioris conditionis personis, conducat ad stabiliendam majorem concordiam, atqve amicitiam inter cives unius ejusdemqve Reipublicæ, nec non advitandam animorum distractionem, & denique (5) communis attestetur Experientia, hactenus sæpius 89.
Nobiles cum personis civici ordinis matrimonia contraxisse. Et si (6) in conjugio æqvalitas dignitatis, & Sta- 89.

 tus

ration. ſubnexis, comprobant & pluribus deduc. ex theolog.

Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 117.* Dedekenn. *in Conſil. Theolog. vol. 3. lib. 2. ſect. 6. n. 14. r. 18.* König. *d. caſibus conſcient. tit. de caſib. ſtat. œconomic. concernent. ſect. 3. caſ. 1. pag. 7 9. & ſeqq.*

Ex JCtis autor.

Schrader. *ad tit. J. de Nupt. n. 64.* Beuſt. *p. 1. de ſponſal. c. 11.* Alberic. Gentil. *de Nupt. lib. 3. c. 8. & lib. 7. c. 13.* Arniſ. *de jur. Connub. c. 3. ſect. 2.* Cypr. *eod. tract. c. 13. §. 4. 2.* Harpr. *ad pr. tit. J. de Nupt. n. 45. & ſeqq.* Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 3 theor. 6. lit. g.* Conſultat. Saxon. Mindan. *t. 2. quæſt. 39.* Ludw. *in not. ad Weſenb. parat. ff. de ritu nupt. n. 8.* Carpzov. *in definit. Eccleſiaſt. l. 2. tit. 2. def. 11.* Richter. *p. 1. deciſ. 8. n. 16.* Haveman. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 5. poſit. 9.* Brouwer. *de Jur. Connub. lib. 1. c. 4.*

Idem judicandum putant nonnulli ex Dd. noſtris, de aliis affectibus, furori proximis, putà de Iracundia & nimio Amore, ſi eò proceſſerint, ut hominem prorſus extrà ſe poſuerint. Et de ſponſalibus quidem ab immenſo iracun-
45. diæ calore concitato, & hinc rationis Judicio deſtituto celebratis, (qui caſus rarò dabilis) expeditum eſt, illa durante ira inita neque illa ceſſante vel ſedata mente, reiterata, non obligare, per

L. quicquid calore iracund. 48. ff. de reg. Jur. l. ſi adulterium 38. §. Imperator ff. ad L. Jul. de Adult. l. 14. §. ſi libertus ff. de bon. libert. l. Gracchus 4. C. ad L. Jul. d. Adult.

& trad. Dec. Philipp. Matth. Bronch. aliorumqve Dd. *ad d. l. 48. ff. de reg. Jur.* conf. Schrad. *ad d. t. J. de Nupt. p. 1. n. 65.* Alberic. Gentil. *d. tr. lib. 3. c. 8. & l. 7. c. 13.* Kizel. *d. c. 3. theor. 6. lit. H.* Brouwer. *d. c. 4. n. 4.*

De

De sponsalibus verò ex nimio amore contractis, aliud dicendum, nimirum illa, ex solo amore & appetitu copulæ 49.
contracta, citra concursum aliarum causarũ & impedimentorum, maximè si non adfuerit mentis alienatio, nec evidentissima adsint indicia & argumenta, quibus palam fiat, eum qui matrimonium promisit amoris insania & furore id fecisse vel amorem per incantationes & Veneficia, aut phyltrum propinatum fuisse conciliatum, nullo modo dissolvi debere, ne aliàs facile fenestræ aperiantur, sub hoc prætextu omnia sponsalia in dubium vocandi & infirmandi, atqve sic doc. & sent.

Schrad. *add. t. n. 68.* Alberic. Gentil. *d. c. 8.* Arnis. *de jur. Connub. d. c. 3. sect. 3. n. 6. 7.* Cypr. *eod. tract. d. c. 13. §. 60. & 61. (qui han. materiam per circumstant. declarat.)* Kizel. *in Synops. matrim. d. c. 7. theor. 6. lit. J.* Ludw. *in not. ad Wesenb. parat. ff. de rit. nupt. n. 8.*

add.

Havem. *d. c. 5. posit. n.* Brouwer. *d. c. 4. n. 45. & c. 19. n. 5.*

Porrò justis causis legitimum repudium remittendi meritò qvoqve (4) associanda Fornicatio sponsi vel Sponsæ; 47.
s. Stuprum ab alterutrâ persona desponsata commissum; Circa quam causam potissimum duo Principaliores casus sunt considerandi. Aut enim Sponsus vel sponsa post 48.
sponsalia publica committit fornicationem & Stuprum:
Et tunc si de amissa virginitate vel vitio illato, satis constet, 49.
& stuprum vel ex indubitatis Indiciis, (putà uteri gestatione & partus exclusione) vel per ipsius vitiatæ propriam confessionem, vel inspectionem corporis, factam per obstetrices & personas peritas, easque juratas, aliisque modis (de quibus prolixius ag.

Cypr. *de jur. connub. c. 13. §. 41. 51. 52.* Arnis. *eod. tr. c. 3. sect.*

3. *ſect.* 3. Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 4. theor. 19. lit. c.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 5. poſit. 7. n. 5. 6. 7. 8.*)

ſufficienter fuerit probatum, & reconciliatio, (quæ & hîc omni ſtudio tentanda,) obtineri nequeat, ad petitionem ſponſi vel Sponſæ, Repudium rectè concedi poteſt, tam de

50. jure divino, quam humano

per text. Deuteron. *c. 22. verſ. 21. c. ſi ducturi & c. nihil iniquius 32. q. 6. c. quemadmodum 25. x. de jurej.* Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. *rubr.* von Eheſachen ꝛc. tit. von Straffe der Unzucht und des Ehebruchs / §. Würde auch ꝛc. Ordinat. matrimon. *de anno 1624. punct. 4.* §. Würde aber iemands ꝛc.

& quia per fornicationem deſponſatorum poſt ſponſalia contracta adulterium committitur,

Secund. l. ſi uxor. 13. §. divi 3. ff. ad L. Jul. de Adulter.

Et hanc ſententiam in praxi & Conſiſtoriis Eccleſiaſticis receptam tuentur & pluribus rationibus confirmant,

Beuſt. *de jur. Connub. p. 1. c. 10.* Alberic. Gentil. *de Nupt. lib. 6. c. 13. §. 40. 41. n. 5. 6. & §. 56.* Kizel. *d. tr. c. 4. theor. 19. lit. D. & c. 8. theor. 11. lit. c.* Trevi. *de ſponſal. privil. 7. n. 3. & ſeqq.* Perez. *in prælect. in Cod. tit. de ſponſal. n. 26.* Covarruv. *tom. 1. p. 1. de ſponſal. c. 5. n. 2.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 111.* Arniſ. *de jur. Connub. c. 3. ſect. 3.* Brouwer. *eod. tr. lib. 1. c. 25. n. 13. & ſeqq.* (ubi ampliat, etiamſi jurejurando confirmata fuerint ſponſalia) Brunneman. *de Jur. Eccleſiaſt. l. 2. c. 17. §. 25. ibique in addit.* Dn. Stryck. Carpz. *l. 2. Juriſpr. Conſiſtorial. tit. 10. def. 184. & ſeq.* (ubi repudio locum eſſe aſſerit, qvantumvis fornicatio ſponſæ ſaltem præſumtivè fuerit probata.)

Et ſecundum eam in Conſiſtoriis noſtris Saxonicis totâ die pronunciatur.

Et

Et hæc doctrina quoad ſtuprum voluntarium ſponſæ illatum indubiè procedit. Quoad ſtuprum aut. violentum, 51.
& ſi ſponſa vi rapta & compreſſa ſit, (wenn ſie wider ihren Willen genothzüchtiget wird/) aliud ſtatuunt, eamque ob tale
vitium illatum repudiari non poſſe ſtat: per 52.

L.13. §.ſi qvis ff. ad L. Jul. de adult. Cypr. *d.c.13. §. 47. & 49.* (ubi id ipſum etiam ad ſponſam partim vi partim dolo vitiatam & circumventam extendit;) Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 4. theor. 19. lit. H.* Havem. *d. lib.1. tit.5. poſit. 8. n.2.*

Sed rectius alii contrarium defendunt & ad inſtantiam ſponſi, reconciliationem & conſummationem matrimonii renuentis, etiam ob ſponſam ante matrimonium conſummatum violenter ſtupratam, (poſt conjugium enim jam perfectũ, uxore vi ſubacta, fruſtra ſeparatio qværitur arg. *l.22. §.7. ff. ſolut. matrim.*) diſſolutionem ſponſaliorum, ſive illa de futuro, ſive de præſenti ſint, â Judice permittendam eſſe, cenſent. Licet enim ſi animus ſtupratæ conſideretur, illa crimine vacare videatur, invita vitiata ſponſa; Attamen cum in corpus ejus quid commiſſum ſit, qvod meritò abhorret vir gravis & honeſtus, & ſponſo promiſſa virginitas præſtari nequeat, nulla ratio ſvadet, cur ei tã iniqua conditio, citra culpam ſuam, facto alterius inferri poſſit, facit etiam qvod omnibus actibus & conventionibus hæc tacita inſit conditio, illæque ſub iſta clauſula intelligantur: Rebus ſic ſtantibus, ſeu in eodem ſtatu, quo fuit tempore actus vel contractus, permanentibus, ſecund.

l.38. ff. de ſolut. Gail. *l. 2. obſ. 23. n. 9.* Cacher. *deciſ. 91. n. 2.* Jacob Schult. *in addit. ad Modeſt.* Piſtor. *p. 4. q. 149. n. 21, 22. 26. 31. 33. 45. 62. & ſeqq.* Carpz. *p. 2. conſt. 31. def. 23 ibique* Esbach. *in addit.*

Et hinc puella de ſponſoris fluxa fide conqueri non poſſit, atque ita ſent. Al-

Alber. Gentil. *de Nupt. lib. [illegible] c. 17. circ. fin. pag. [illegible].* Beust. *p. 1. de sponsal. c. [illegible] circ. fin.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 112.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 13. c. 18. lit. y.* Harpr. *ad rubr. tit. J. de Nupt. n. 56. 57. 58.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 25. n. 20.*

quibus calculum nostrum meritò addimus, consent. etiam
53. quoad sponsalia de futuro,

Panormit. *ad d. c. quemadmodum 25. x. de jurej.* Covarruv. *tom. p. 1. de sponsal. c. 5. n. 4.* Kizel. *d. tr. c. 4. theor. ult. lit. H.*

qui prædicta saltem sponsalia, non vero de præsenti, per
54. violentum stuprum Sponsæ illatum dissolvi putant; Sed hîc nullam distinctionem, inter sponsalia de præsenti & de futuro agnoscimus per ea quæ in præcedentib. fuerunt deducta.

55. Qvod si vero post sponsalia ex consensu, consilio vel mandato alterutrius desponsatorum, ipsoque instigante commissum fuerit stuprum â sponsa vel sponso, tunc repudio
56. locum non dari, sent. Dd. (1) per

c. damnum & c. qui facit. de regul. jur. in 6to. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi armat.

& quia (2) par utriusque versatur culpa, tam sponsi, quam sponsæ, & (3) consensus, convenientia & promissio personæ desponsatæ, pro specie lenocinii habetur, & hinc potius pœnam meretur quam aliquem favorem,

vid. Cypr. *de jur. Connub. c. 13. §. 43.* Kizel. *d. c. 4. theor. ult. lit. f.* Brouwer. *d. c. 25. n. 16.*

57. Idem dicendum est, quoad denegandam dissolutionem, si qvis repudium sponsæ intentet, quam conjugali concubitu amplexus fuit, postea quam rescivit, eam post sponsa-
58. lia ab alio esse vitiatam, per

L. 13.

L. 17. §. ult. ibi: sponsus accusat mores quos ducendo approbavit, & l. 40 ff. ad L. Jul. de Adult.

vel si ambo scortati fuerint, sponsus & Sponsa, (wenn sie einerley Gelichters seyn, oder garstige Butter und finnichter Speck zusammen kommet, ut Germani nostri loqvi consveverunt) 59.
cum paria delicta, mutua compensatione tollantur, & periniqvum esse videatur, ut pudicitiam vir ab uxore, (vel 60.
sponsa) exigat, quam ipse non exhibet, ut eleg. loqvitur

Jctus Ulpian. *in d. l. si uxor. l. 3. §. 5. ff. d. t.*

Hisce igitur modo enumeratis casibus, neutri desponsatorum invito altero repudium mittere licet, velut, etiam concl.

Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 66.* Covarruv. *tom. 1. part. 1. de sponsal. c. 4. §. 1. n. 11.* Menoch. *de præsumt. lib. 3. præsumt. l. n. 18.* Cypr. *d. c. 13. §. 44.* Kizel. *d. theor. ult. lit. g.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. III. n. 4.* Brouwer. *de jur. Connub d. l. 2. c. 21. n. 17. 18. & 19.* (ubi etiam *d. n. 19.* an pro justa causa repudii habeatur, si violata ab alio, sub nomine sponsi, delusa sit sponsa, disqvirit, & affirmativam sententiam firmis rationibus propugnat.)

Quid vero (ut ad alterum casum principaliorem accedamus) si ante sponsalia contracta sponsa ab alio sit vitiata, 61.
vel sponsus fuerit fornicatus & ejusmodi mulieri aut viro ignoranter, (secus enim est, si scienter fiat,) matrimonium promittatur? Hocce casu itidem cessante reconciliatione, repudium omni jure conceditur (1) per 62.

text. *Deuteron. 22. v. 20.*

(2) quia hic error concernit ipsam matrimonii substantiam, castitatem sc. non solam qvalitatem & accidentalia matrimonii, qualis Error substantialis, indubie sponsalia vitiat, vel (3) sponsa se pro virgine venditans, dolum de- 63.

testandum & intolerabilem committit, tali autẽ interveniente, nullus consistere potest contractus,

l. 7. in pr. ff. de dol. mal. l. 5. C. de resc. vend.

& ex dolo suo nemo commodum sentire debet

l. 1. l. 11. cum l. seqq. ff. de dol.

(4) per text. expr. in

Novell. Imperat. 93.

& cum (5) ob hunc ipsum errorem matrimonium jam plenariè consummatum dirimatur, multò magis hoc in matrimonio per sponsalia tantummodò inchoato obtinebit, ita stat. & plurib. rationibus firm.

Ex Theolog. post Luth. Melancht. Hunn. Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 110. & seqq.* Brochm. *tom. 2. system. Theolog. art. de Conjug. c. 4. quæst. 33.* Pruckner. *cent. quæst Theolog. q. 2.*

& ex JCtis.

Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 6. c. 13.* Beust. *de jur. Connub. p. 2. c. 34.* Cypr. *eod. tract. c. 13. §. 39. 40. 41. 42.* Hillig. in Donell. Enucl, *d. l. 13. c. 2. lit. a.* Arnis. *de jur. Connub. c. 3. sect. 3. n. 9. & seqq.* Harpr. *ad §. sunt & aliæ n. n. 65. & seqq. & n. 74. J. de Nupt.* Kitzel. *in Synops. matrim. c. 4. theor. 19.* Consultat. Saxon. Mindan. *lib. 2. q. 30.* Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Ecclesiast. tit. 11. def. 187. & seq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 5. pos. 7.* Brouwer. *d. lib. 1. c. 25. n. 11. & seqq.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 10. §. 22. & tit. 12. §. 1.*

& secundum hanc sententiam totâ die pronunciare solent Consistoria nostra Saxonica.

64. Dissent. quidem hic, qvoad sponsum ante sponsalia fœdis libidinibus se contaminantem, illumqve a pœna dissolutionis eximit,

Cypr. *d. c. 13. §. 57.*

illi-

illique adstipulantur.

Hillig. *in Donell. Enucl. d. c. 20. lit. a.* Finckelth. *Obs. 30. n. 85. 86. 87.*

Verum contraria opinio, maximè si res adhuc in meris terminis sponsaliorum subsistat, ac matrimonium per copulam carnalem & benedictionem sacerdotalem nondum est consummatum, (post consummationem enim matrimonii plenariam sponsa ob præcedentem fornicationem sponsum repudiare neqvit, ut trad. 65.

Carpz. *p. 4. const. 20. def. 10. & in definit. Ecclesiast. d. t. 10. def. 188. n. 10.)*

nobis verior videtur, per

Deuteron. c. 22. v. 1. 1. 5. C de sponsal. c. 2. caus. 32. q. 6.

& propter naturam correlatorum, aliasque rationes, quas adduc.

Brochman. *in art. de Conjug. q. 34.* Carpzov. *d. def. 188.* Haveman. *d. tr. lib. 1. tit. 5. posit. 2. n. 1. & tit. 13. posit. 7. n. 1.* Brouwer. *d. c. 4. n. 14. 15.*

Atque ita decisum & sponsam â promissione conjugali absolutam fuisse novimus in Supremo Consistor. Dresdens. in causa M. B. B. Klägerin eines/D. J. V. P. Beklagten anders und S. S. Intervenienten dritten Theils 29. Octobr. 1657. itẽ in causa Marien Kretzschmarin Klägerin eines/ Thomas Herichen Beklagten anders Theils . . 1668. hisce formalibus: das Klägerin gestallten Sachen und Umbständen nach die Ehe mit Beklagten wider seinen Willen zu vollnziehen nicht schuldig. 66.

Quamvis non inficias eam, in præsenti casu pro rati- 67.
„one circumstantiarum quandoque cum sponso, præpri-
„mis quando unicus solummodo actus stupri accessit,
„illeq; libidini se non plane mancipavit, antea castam at-
„que pudicam duxit vitam, istamque post contracta sponsalia continuat, mitius agi & dispensari posse, denegato

 alte-

ri parti Repudio, quo etiam inclinat

Havem. *d. tit.* 13. *n.* 1.

68. Cœterum inter animi mala & vitia, nec non causas, ex quibus sponsalia dissolvuntur, etiam (5) refertur Infidelitas & falsa religio ac Diversitas religionis post sponsalia superveniens. Ubi tamen casus seqventes exacte sunt distingvendi. Aut n. (1) alteruter desponsatorum post sponsa-
69. lia contracta fit Infidelis proprie sic dictus, vel Paganus, & ad Turcas, Judæos, Muhametanos, aliosqve Ethnicos, qui in tota religione dissentiunt â Christianis, deficit, totaliter & abjurata Christiana religione, (wann er ein Jude / Türcke oder Muselman / oder Renegade wird und sich beschneiden lässet) Et tunc omni dubio caret, Repudium omnino locum invenire, & partem Orthodoxam Nuptias cum ejusmodi Infideli consummare non teneri,

per text. *Exod.* 34. *vers.* 26. *Deuteron. c.* 7. *vers.* 2. 3. 2. *ad Corinth. c.* 6. *vers* 15. *c. cave* 15. & *c. non oportet* 16. *c. si quis* 17. *caus.* 28. *q.* 1. *L. ne quis Christianus* 6. *C. de Jud.* & *Cœlicol.*

& trad.

Gerhard. *in loc. de Conjug.* §. 387. & *seq.* Dn. Scherzer. *in System. Theolog. loc.* 27. §. 11. (ubi ex jure divino eleganter deducit, cultus disparitatem tantum esse impedimentum impediens, non vero dirimens matrimonium jam contractum.)

add. ex JCtis

Alber. Gentil. *de Nupt. l.* 2. *c.* 19. Cypr. *d. c.* 13. §. 77. *n.* 8. Kitzel. *in Synops. matrim. c.* 3. *thesi*. 17. Arnis. *de jur. connub. c.* 5. *sect.* 5. Bechtold. *de condit. sponsal. p.* 1. *c.* 10. *n.* 5. & *seqq.* Hilliger. *in Donell. Enucl. l.* 13. *c.* 20. *lit. y.* Havem. *l.* 2. *Gamalog. Synopt. tit.* 4. *posit.* 1. Brouwer. *d. tr. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 23. *l.* 2. 21.

Aut

Aut (2) alterutra persona desponsata post celebrata sponsalia, â puritate fidei Christianæ deflectit, & se hæresi & 70.
perversæ alicui sectæ, (v. g. Anapabtistar. Photinianor. Socinianor. &c.) addicit, Et tunc iterum expeditum est, Orthodoxum ejusmodi Heterodoxo juste nuncium mittere, & officium Judicis pro dissolutione Sponsalium implorare posse; omnesque rationes illam svadentes, (sc. divinam prohibitionem, seductionis periculum, & consecutionem, multiplicis incommodi conjunctionem, aliasve â Theologis & JCtis in præcedenti casu citatis prolatas rationes) & hîc omino obtinere

v. Gerhard. Dn. Scherzer. Alber. Gentil. Arnis. Kizel. Bechstad. Carpzov. Havem. *in loc. supra alleg.*

confer.

Brouwer. *d. c. 25. n. 24.* (ubi recte monet, eum, qui propter erroneam fidem supervenientem repudiatur, non posse aliquo colore ruptam fidem, amorisque inconstantiam, objicere repudianti Sponsæ, cum ipsemet in culpa sit, quod res non in eodem permanserit statu, quo erat tempore factæ sponsionis.

Et licet quoad (3) casû si altera persona orthodoxa post spon- 71.
salia amplectatur Religionem Pontificiam,

Carpzov. *Jurispr. Consistorial. l. 2. tit. 4. def. 6. 7. 8.*

ne quidem sponsalia cum diversæ religionis hominibus ce-
lebrata dissolvenda, sed sub certis conditionib9, (nimirum, 72.
si absit metus deceptionis, ac defectus â Religione Orthodoxa, utque liberi ex isto conjugio procreati, in vera pietate ac religione educentur, præstita desuper cautione;) permittenda & non dissolvenda esse censeat, ejusque sententiæ videatur suffragari Pacificatio Religiosa de anno 1555. & Osnabrugens. & monasteriens. de anno 1648. Attamen cum (1) etiam in præsenti casu omnes rationes in

præcedentibus summatim relatæ, & à B. Gerhardo, Dn. Scherzer. Alber. Gentil. Bechstad. Havem Brouwer. aliisque Dd. tam Theolog. qvam JCtis latius tractatæ, pro rescissione militent, & insuper (2) experientia satis superq;
74. attestetur, neqve per cautiones, neqve per pacta connubialia, etiamsi jurata sint, parti orthodoxæ satis præcaveri
75. posse, ac(3) novas Nuptas, blanditiis aut minis maritorum, nec non Loioliticæ sectæ, publica & privata pacta posthabentis, dolosis persvasionibus, indefessis technis, ac fallacis sæpius hactenus à vera religione fuisse aversas, & ad falsam compulsas, ac perrarò usqve ad vitæ exitum, veram
76. fidem semel ab incunabilis agnitam, retinuisse, & sicuti (4) ob metum contagii corporis rescinduntur sponsalia, ceu apparet ex trad.

Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. def. 180.*

& notat. nostr. infrà h. c. n. ita multò magis rescissio in præsenti casu, ubi majus periculum est contagii animæ, obtinere debeat: Propterea sententiam contrariam, tan-
77. qvam æqviorem, & conscientiæ, cujus semper summa ratio est habenda tutiorem, seqvi malumus, atqve firmiter statuimus, vel ad petitionem orthodoxæ personæ, vel etiam patris orthodoxi, si filia orthodoxa contra patris voluntatem nubere capiat Pontificio, vel alterius falsæ religionis viro, Sponsalia ob mutationem Religionis ab altera parte factam & supervenientem, à Judice Ecclesiastico, re adhuc integra, & consummatione plenaria nondum subsecuta, (post consummatum enim matrimonium rescissio frustrà intentatur) omnino rescindi debere, quæ opinio satis probatur per

L. si legibus 16. C. de Episcopal. audient. l. 5. C. de sponsal. consent.

Gothofr. *in not. ad d. l. 16. C. de Episc. aud.* Bechstado *de con-*

decons. tit. sponsal. p. 1. c. 10. n. 12. (ubi fol. 155. expressè concludit, conditionem, si non Papisticæ Religioni adducta est, licet in sponsalibus expressè non sit adjecta, tacite tamen semper subintelligi, ac proinde ob eam sponsalia rescindi;)

nec non

Wesenbec. *in parat. ff. de sponsal. n. ult.* Gerhard. *d. in loc. de Conjug. § 187. & seqq.* Dn. Scherzer. *in System. Theolog. loc. 2*. §. 11.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 2. tit. 4. posit. 1.*

conf.

Brouwer. *d. c. 25. n. 22. & l. 2. c. 24. n. 17.* Brunneman. *add. l. 19. C. d. tr.*

Et ita pronunciatum fuit in Supremo Consistorio Dresdens. in causa Marien Peter Eichlers Tochter Klägerin eines/ George Demuths Beklagten anders theils 19. Octob. 1660. Cui nostræ opinioni non resistunt supra dictæ Pacificationes, (Religiosa & Osnabrugensis) Resp. n. illas intelligendas esse de illo casu, quando personæ orthodoxæ bene gnaræ hujus diversitatis, sui juris, vel etiam cum consensu parentum, si illi adiunt, cum diversæ Religionis hominibus Nuptias consummare contendunt, quod ipsis, etiam invito Magistratu omnino concedendum & eatenus Domini Carpzovii doctrinã & Pacificationem Religiosam indubiè obtinere putamus. Aliud vero dicendum, de nostro casu, quo post sponsalia alteruter contrahentium â vera fide deficit & ad Heterodoxos transit & ipsi altera pars Repudium mittit, nimirum ob novum hoc emergens & insignem mutationem aliasque rationes suprà adductas, personam orthodoxam invitam ad consummationem sponsaliorum cogi non debere. 78. 79.

A disparitate Religionis transitum facimus (6) ad dispa- 80.

spa-

lire, velit, vel cognati proximi Sponsi vel Sponsæ interveniendo, & generis nobilitatem, nimiamqve inæqvalitatem personarum contrahentium allegando, consummationem impedire conentur,) causam Repudii & dissolutionis justam præbere possit, incidenter hîc qværitur? ubi in utroqve casu negativam amplectimur. Etsi enim ejusmodi disparitas sit impedimentum contrahendi matrimonii dissvadens, & inæqualia conjugia secum trahere soleant multa incommoda, quæ refert. 84.

Arnis. *de jur. connub. c. 3. sect. 6. n. 14. & seqq.* Cypr. *eod. tract. c. 13. §. 36. n. 1. & seqq.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 1. def. 9.*

Attamen illa disparitas non est impedimentum prohibens, multò minus promissionem conjugalem dissolvens, sed Nobilis ignobilem, non attenta pœnitentia alterutrius contrahentium, ducere tenetur, & contradictio quoqve Cognatorum omni effectu destituitur. Quia (1) Nobilitas 85.
vel error in Nobilitate, consensum matrimonialem nec attingit, neqve vitiat, illaqve ab Interpp. refertur inter bonâ fortunæ, quæ sponsalia contracta non dirimunt, (2) 86.
quia matrimonium juris divini & naturalis est inventum, ideoqve ob diversitatem Status inter Christianos nullo modo impediendum, & (3) prohibitio & restrictio ista 87.
vergit in præjudicium libertatis matrimoniis debitæ, & hinc tanto minùs concedenda, facit etiam (4) quod talis 88.
conjunctio Nobilium cum inferioris conditionis personis, conducat ad stabiliendam majorem concordiam, atqve amicitiam inter cives unius ejusdemqve Reipublicæ, nec non advitandam animorum distractionem, & denique (5) communis attestetur Experientia, hactenus sæpius 89.
Nobiles cum personis civici ordinis matrimonia contraxisse. Et si (6) in conjugio æqvalitas dignitatis, & Sta- 89.

tus tam præcisé necessaria foret, nec matrimonium ad Morganaticam subsisteret, qvod tamen per se validum ac legitimum esse, non tantum text. expressus in c. unic. 2. F. 26. sed etiam observantia & Exempla tam præsentis quam præteriti seculi satis evincunt, vid. de hac mater.

Gerhard. *de Conjug.* §. 399. Reusner. *lib. 1. decis. 4.* Arnis. *d. cap. 3. sect. 6. n. 14. & seqq.* Harpr. *ad* §. *sunt & aliæ n. 4. J. de Nupt.* Kizel. *in Synops. matrimon. c. 3. theor. 16. lit. B.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 1. def. 9. 10. 11.* Myler. *in Gamalog. Personar. Imp. Illustr. c. 5. & 6.* Brunnem. *de jur. Ecclesiast. l. 2. tit. 16.* §. *2. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

Multò minus igitur Interventio & contradictio cognatorum, etiam illustrium quoad dissolutionem ex capite ignobilitatis præsenti casu, attendenda, erit quemadmodum
91. non ita pridem decidit suprem. Consistorium Dresdense in causa N. N. N. Impetranten eines/ N. N. Impetranten anders/ & N. N. Mit-Impetranten dritten Theils 27. August. 1679.

Deniqve ad Classem vitiorum Animi sponsalia irri-
92. tantium qvoqve referuntur seqventes causæ, nimirum (8) Dolus, per

c. tua nos 26. in fin. x. de sponsal. l. 1. in pr. & §. *1. & 2. ff. de dol. mal. & arg. l. bonam fidem ff. de oblig. & act.*

& ea quæ trad.

Gerhard. *in loc. de Conjug.* §. *116.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 2. c. 4.* Cypr. *de sponsal. c. 13. §. 58.* (*qui hanc materiam latè pertractat.*) Kizel. *d. tr. c. 4. theor. 15.* Harpr. *ad rubr. tit. J. de Nupt. n. 147. & seqq.* Ernest. Cothman. *vol. 1. consil. 1. n. 729. & seqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 5. posit. 8.* Brouwer. *de Jur. Connub. lib. 1. c. 19.*

ubi

ubi tamen observand. (1) non qvemvis dolum, nec qvamvis calliditatem, aut etiam dolosam persvasionem, (modò hæc non sit importuna & indefessa, nec in compulsionem incidat) promissionem matrimonialem vitiare, inprimis si dolus verfetur circa accidentalia Conjugii, v. g. si vir dolo vel fraude persvasus, ducat aliquam uxorem opinione magnarum divitiarum, & opinione frustratus fit, sed (2) insignem demum magniqve momenti fallaciam, quæ prævideri non potuit, istumque saltem dolum annulare matrimonium, qui dat causam contractui Conjugali, formæ atque substantiæ matrimonii repugnat, & tamen ormis est, ut etiam consensum prorsus excludat, ac appareat, non coiturum fuisse matrimonium, nisi dolus fuisset adhibitus, cujusmodi doli exempla refert. 93. 94.

Cypr. Kizel. & Brouwer. Alber. Gentil. *in loc. suprà citat.*

v. g. si qvis se divitis alicujus filium finxerit, aut claro genere prognatum, cum sit mendicus, Codro pauperior, aut ære alieno summè obrutus, aut ex incestu natus, aut alia infamis persona; & viceversa, si sponsa hisce utatur technis. Aut si sanum se prædicet alteruter ex desponsatis, cum Lepra, perpetua scabie, morbo comitiali, gallico, aliove contagioso laboret; aut parentes tenuioris fortunæ & conditionis adolescentem locupletem & honestæ familiæ indefesso studio induxerint, ut neglecto suorum parentum consensu, filiam ipsorum duceret, vel poculis amatoriis ad id pellexerint, vel Juveni inebriato puella in lectum collocata fuerit, ut ad eliciendum matrimonium cum ea consvesceret, aut parentes vel Lenæ puellam omnium lectissimam & castissimam prædicarunt, quæ tamen, apud omnes pessimè audit, &c. Hisce itaqve aliisque ad similibus casibus, qvos recensent Dd. passim, à spon- 95.

sa vel Sponso, cognito jam errore & dolo, atqve comperta
96. fallacia, sponsalia, etiamsi illa sint publica, jurata vel etiam coitu confirmata, retractari posse sent. & pluribus confirm.

Gerhard. Alber. Gentil. Cypr. Kizel. Harpr. Havem. Cothm. Brouwer. *in loc. suprà alleg.*

add.

Thom. Sanchez. *de matrim. l. 1. disput. 64.* (ubi scribit, sponsalia nulla esse, sive quis decipiatur ab altero contrahente, sive à qvodam Tertio) Gail. 2. *obs. 93. n. 10. 11. ibique* Græv. *in consider. n. 7. 8. 9.* Beust. *de jur. connub. p. 2. cap. 44. §. potest etiam &c.* Consultat. Saxon. Mindan. *l. 2.* Coth. Bargal. *de dolo l. 1. c. 8.* Colleg. Argentor. *noviss. edit. ad d. tit. ff. de ritu nupt. th. 28. n. 3.* Zahnn. *de mendac l. 2. c. 67.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 10. def. 180.*

97. Tandem 9) huc etiam pertinent, mali animi mores, quorum si post sponsalia celebrata in sponso vel sponsa notabilis reperiatur mutatio, & spes emendationis nulla vel exigua effulgeat, nuncium ideò remittere, sponsæ licitum erit;
98. v. g. si ex sobrio ebriosus, vinarius, ex homine rem familiarem rectè curante, prodigus aleator aliisqve vitiis addictus appareat factus sponsus, (wenn er nach gehaltenem Verlöbnis sich gantz und gar dem Sauffen und liederlichen Leben ergeben/ ein Verschwender des seinigen/ oder ein Dopler und Spieler worden/ und aus fressen/ sauffen und spielen und andern Untugenden gleichsam ein Handwerck machet) ita ut metuenda sit, consummato jam matrimonio, indubia dilapidatio facultatum sponsæ, & exinde secutura inopia. Hocce casu melius est, in tempore occurrere, & ad instantiam Sponsæ sponsalia rescindere, quam ipsam ad consummationem Conjugii infausti, cum magno suo damno adigere.

l.5. C. de sponsal. & arg. l. 1. C. quand. lic. unicuique sine Judic. se vindic. l. ult. C. in quibus caus. restitut. in integr. non est necess.

Et ita nobiscum sent.

Brouwer. *d. tr. l. 1. c. 25. n. 29.* (ubi tamen subjungit, de hisce catholicam aliquam regulam, ob varios horum vitiorum gradus constitui non posse, ac proindè totum hoc negotium committendum esse Judicis arbitrio & prudentiæ)

A vitiis Animi transeundum nunc erit ad Vitia Corporis dissolutionem sponsalium inducentia. Ubi iterum notandum, vitia illa, qvantum ad diremtionem Sponsalium attinet, vel (1) plane hominem ad coitum ineptum reddere, vel (2) concubitum quidem admittere, at morbos contagiosos esse, & â parentibus ad liberos traduci, aut (3) morbos tales esse, qui nec coitum impediunt, nec contagiosi sunt, verum incurabiles habentur. 99.

Ad priora vitia referunt JCti & Medici Apoplexiam, 100.
Paralysin s. Hemiplexiam insanabilem, perpetuam totalem & absolutam coëundi impotentiam, tam naturalem quam accidentalem & maleficiatam, tam ex parte viri qvâ mulieris, v. g. si mulier ita arcta sit, ut â nemine cognosci, nec vitium illud incisione, aliove remedio, citra summum periculum tolli queat

l. 14. §. mulierem 7. ff. de ædilit. edict. c. 6. x. de frigid. & malefic.)

sive illa impotentia oriatur ex nimia frigiditate, eave in- 101.
curabili, sive per fascinum vel veneficium concilietur, sive ex privatione & mutilatione membrorum genitalium, vel ex vitio naturali, vel facto hominis proveniente, (qvod ultimum in Eunuchis, castratis & spadonibus accidit) de quibus consul.

Paul Zach. *in quæstioni medico, Legal. lib. 3. tit. 1. & l. 9. tit. 10. q. 5.* & Thom. Sanchez. *de matrim. l. 7. disp. 92. & mult. seqq. usqve ad disput. 114. (qui latissimè materiam impotentiæ pertractat.)*

Et de personis hisce moribus laborantibus communiter statuunt JCti, qvod si alteruter contrahentium ante contracta Sponsalia ejusmodi morbo & vitio incurabili laboraret & altera pars illud ignoraverit, aut post promissionem conjugalem talis morbus sonticus perpetuus supervenerit, & exinde Sponsus vel Sponsa ad expedienda munia conjugalia vel coeundum prorsus inhabilis reddatur. & de hoc impedimento ex confessione propria partis, vel Judicio Medicorum peritorum, aliove modo certò constet, vel impotentia ex signis visibilibus, autem corporis aspectu statim appareat, aut etiam saltem dubia adhuc existat, in viro coeundi & generandi potentia, tum personam sanam ad consumandum matrimonium, cum minus sana & inhabili compelli nequeat, sed ad ipsius instantiam repudium omnino sit concedendum per

L. 10. C. de repud. Nov. Imp. Leon. 98. c. 1. 2. & 3. x. de frigid. & malefic. c. 1. & c. 2. caus. 33. q. 1. Institut. Jur. Canon- Lancell. lib. 2. tit. 12. §. 14.

Et ea quæ trad.

Sanchez. *de matrim. l. 7. quæst. 92. & seqq.* Schrader. *ad tit. J. de Nupt. p. 2. n. 92. 93.* Cypr. *de jur. Connub. p. 1. de sponsal. c. 9.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 3. c. 2.* Beza *de Repud. & divort. pag. (mihi) 129. & seqq. & pag. 372. & seqq.* Gerhard. *de Conjug. §. 167. & §. 658. & seqq.* Kizel. *in Synops. matrim c. 3. theor. 3. & 4. & c. 8. theor. 12. lit. 6.* Arnis. *de jur. connub. c. 6. sect. 8. n. 17. & seqq. n. 26. & seqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 4. posit. 2. tit. 13. posit. 7. & l. 3. tit. 8. n. 12.* Brouwer. *de jure Con-*

Connub. d. l. 1 c. 25. n. 30. 31. & l. 2. c. 4.
confer.

Francisc. Marc. *p.* 2. *decis.* 277. Zach. *d. l.* 3. *quæst. Medico-Legal. lib.* 1. *tit.* 1. 3. 4. 5. & *l.* 9. *tit.* 10. *q* 5. Dn. Scherzer. *in System. Theolog. loc.* 27. §. 7.

Atque ita quoad Apoplexiam post sponsalia supervenientem in Protosynedrio Dresdens. decisum, & sponsaliorum 102.
dissolutio decreta fuit, in causa Christoph Kindermans an einem/ cujusque Sponsæ Annen Leuterigin am andern theil 19. April. 1657. Idem qvoad Paralysin sponsæ per aliqvot annos continuatam, eamve incurabilem decidit prædictum Juridicum Ecclesiasticum 19. Aug. 1667. in causa Michael Vögels an einem/ cujusque Sponsæ Christinen Hannß Kästners Tochter am andern Theil. Et hæc doctrina in materia Impotentiæ & Sponsalibus â frigidis & veris Eunuchis celebratis, indubiè procedit. Aliud enim statuendum de eo, qui aut cum uno testiculo natus, aut alterum amisit, (quē 103.
unicolem dicimus) nimirum ipsum, cum pro sano habeatur & generare possit

Secund. L. Pomponius 6. §. 2. *ff. de ædilit. Edict. l.* 4. *de re militar.*

â matrimonio non arceri, & hinc ipsi repudium mitti non posse.

vid. hîc Sanchez. *d. tr. l.* 7. *disp.* 92. *n.* 14. Cypr. *d. c.* 9. §. 12. *n.* 43. Kizel. *d. tr. c.* 3. *theor.* 4. *lit.* Paul. Zach. *l.* 8. *quæst. medico-Legal. tit.* 1. *q.* 14. *n.* 7. Brouwer. *d. tr. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 8. & 11.

De cœtero qvoad verum Eunuchum s. castratum & Spadonem, (cui vel coles deficit, vel virilitas prorsus est de- 104.
messa, aut saltem penis aut testiculi ademti, vel adeò attriti & confracti, ut nulla & copulæ & generandæ sobolis spes supersit) adhuc firma stat regula, sponsalia cum isto

con-

contracta planè irrita esse, adeoque mulierem, quæ fidem dedit, matrimonium consumare non teneri

Secund. Sanchez. *de matrim. d. l. 7. disp. 92. n. 18. & seqq.* (ubi etiam contraria resolvit simulqve n. 17. Pontific. „Sixti V. Bullam & declarationem anno 1587. pro„prio motu editam, Eunuchorum matrimonium pe„nitus annullantem verbotenus recenset) Cypr. *d. c. 9. §. 12. n. 39. & seqq.* Kizel. & Havem. *ad loc.* Brouwer. *d. l. 1. c. 25. n. 30. 31. & l. 2. c. 4. n. 45. 7. 8. 11. 14. aliorumque* Dd. *suprà allegator.*

add.

Dedekenn. *in Consil. Theolog. vol. 3. lib. 2. sect. 1. n. 10.* Append. *ad dict. consil. d. l. 2. sect. 1. pag. 798.* Dn. Scherzer. *d. tr. loc. 27. §. 7.*

105. Et hoc usqve adeò verum est, ut non tantum, isto casu, & si mulier defectus hujus benè conscia, jure suo cedere velit, & nuptias cum Eunucho vel persona notoriè Impotente consummare ac conjugio pro velamento turpitudinis uti cupiat, (wenn sie den Ehestand zum Deckmantel ihrer Leichtsinnigkeit gebrauchen will) nihilominus dissolutio instituenda, & utrique parti nefariis istis nuptiis interdicendum sit, vel, iterum sent. & elegant. rationibus confirmant

Sanchez *de disp. 92. n. 12.* (ubi pro hac etiam sententia præfatam Constitut. Sixti V. allegat.) Beza. *de divort. & repud. pag. (mihi) 136. & seqq.* Cypr. *d. tr. c. 9. n. 41.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 3. c. 2.*

consent.

Brunneman. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 2. ibique* Dn. Stryk. *in addit.* Dn. Scherzer. *d. l.* Malcomes. *in not. ad Wesenb. parat. ff. de Rit. Nupt. pag. 426. & seqq.*

106. nos calculum meritò adjicimus, prout etiam hactenus in supremo Consistorio Dresdensi aliquoties decisum fuisse,

&

& ejusmodi nupturientes repulsam tulisse novimus. Sed & hoc casu, diremtio sponsaliorum fieri debeat, si Fœmina, (ante sciens ac volens,) Spadoni jam nupserit, & matrimonium contractum fuerit, ex officio, â Judice Ecclesiastico ejusmodi Conjugium, de facto & contra Legem divinam & humanam contractum, dirimi & pro nullo declarari debeat, qvemadmodum trad. 107.

Sanchez. *d. l. 7. q. 92. n. 12. & q. 97.* Beza. *d. tr. pag. (mihi) 377. & seqq.* Cypr. *d. p. 1. c. 9.*

vid. qvoqve Append. Consil. Theolog.

Dedekenni *ad vol. 3. lib. 2. sect. 1. n. 10.*

& dispensatio in hoc impedimento, divino & naturali jure; Sponsalia & matrimonium dirimente â nullo conscientioso Magistratu, imò neqvidē â Papa, aliàs ad dispensandum nimis facili,) fieri possit, prout in jure nostro expeditum est, & de Pontifice expressè stat. 108.

Sanchez *d. tr. lib. 8. q. 6.*

Ex quo facilè dijudicare licet quid sentiendum sit de casu isto satis notorio, anno 1668. in Saxonia nostra ventilato, 109.
cujus mentionem fac.

Appendix Consil. Dedekenni *d. vol. 3. sect. 1. n. 10.* Dn. Stryk. *in not. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. c. 17. §. 2. fol. 66.* Dn. Scherzer. *in System. Theolog. loc. 27. §. 7. pag. 786. & seq.*

ubi tale Matrimonium D. â Castrato qvodam N. N. cum virgine qvadam N. N. clam fuit contractum, & ad usq; finem vitæ Eunuchi toleratum, nimirum illud, tanquam per se nullum atqve invalidum, ex rationibus maximè momentosis, tam à P. S. D. quam Facultate Lipsiensi Wittebergensi, Argentoratensi, Jenensi rectissimè fuisse damnatum.

Post hæc vitia corporis in præcedenti n. 99. & seqq 110.

 hacte-

hactenus recensita, in materiâ Repudii locum etiam obtinent (2) ea, quæ coitum quidem admittunt, at contagiosa sunt, & â parentibus ad liberos traducuntur, quos Medici morbos hereditarios vocant, cujus generis sunt, Lepra,
III. Elephantiasis, morbus Comitialis s. Epilepsia, Phrenesis, morbus Gallicus seu Neapolitanus, (mal de Naple) item Phtysis & Hyprops seu Tympanites, &c. Et hîc iterum unanimiter concludunt Dd. quod si alteruter contrahentium, uno alterove ex prædictis morbis affectus sit, idqve ignoraverit altera pars, vel in eum post Sponsalia inciderit, & ex Medicorum Judicio clarè constet, morbum esse contagiosum & imedicabilem, & nullam spem sanitatis recuperandæ apparere, post tempus aliqvod curationi præfixum, pars sana renunciare sponsalibus possit, & ad consumandum matrimonium haud teneatur, sive sponsalia de futuro, sive de præsenti fuerint celebrata, per

c. quod proposuisti 18. caus. 32. qvæst. c. qvemadmodum 25. §. alioquin x. de jurej. c. fin. x. de conjug. Leprosor. (qvem textum plerique etiam ad sponsalia de præsenti extendunt,) notante Dn. Ziegler *ad Institut. Jur. Canon. lib. 2. tit. 10. §. 25.*)

& ea qvæ trad.

Sanchez. *de matrim. l. 1. disp. 57.* Beust. *de jur. Connub. p. 1. de sponsal. c. 10. vers. 4to sponsalia.* Cypr. *de jur. Connub. c. 13 § 65.* Ant. Fab. *in Cod. l. 5. tit. 2. def. 2. n. 2.* Beza *de repud. & divort. pag. (mihi) 137. & seqq.* Gerhard. *loc. de conjug. §. 167.* Hillig. in Donell. Enucl. *l. 13. c. 18. lit. Q.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 12. lit. c.* Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 10. def. 180.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. tit. 5. posit. 4. & tit. 13. posit. 7.* Brouwer. *d. tract. lib. 1. c. 25. n. 33. 34.* (ubi ampliat, (1) etiamsi „ejusmodi mali vehemens saltem sit suspicio, vel (2) spon-

„sponsus à morbo Gallico reconvaluisse dicatur, ob „justum metum recidivæ.) Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. Lancell. l. 2. tit. 10. §. 25.* Brunnem. *de jur. Ecclesiastic. l. 2. tit. 16. §. 17. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* Zach. *l. 9. quæst. Medico-Legal. tit. 10. q. 5.* Dn. Scherzer. *in System. Theolog. loc. 27. §. 7. pag. 726. aliisque Dd.*

Imò ne volentibus quidem personis desponsatis, ob incommoda exindè in Rempublicam, & posteros redundantia matrimonium ejusmodi periculosum cum leproso, consummari posse, expressè stat. 112.

Gerhard. *d. l.* Cypr. *d. c. 13. §. 65.* Kizel. *d. l.* Dn. Stryck. *in addit. ad Brunnem. Jus Ecclesiastic. d. §. 17.*

conf.

König. *de casibus conscient. in Tabul. Oeconomic. sect. 3. cas. 2.*

Et ita qvoad Epilepsiam tempore Sponsaliorum â Sponsâ hoc morbo affectâ occultatam, sententionatum & Repudium permissum fuit, in Proto-Synedrio Dresd. in causa Rosinen Hanns Stollens Tochter Klägerin eines/ Carl Friedrich Vopelium Beklagten anders theils 20. Martii 1664. item in causa Jlgen Clems/ Klägerin eines/ Magdalenen Ulrich Nahligens Tochter Bekl. am andern Theil 7. Jan. 1661. 113.

Succedunt qvam qvoad (3) Morbi, qui nec coitum impediunt, nec contagiosi sunt, verum insanabiles habentur, uti Phtysis & Hydrops, de qvibus idem statuendum censent Dd. qvod de Lepra, ut scilicet sanus invitus, personam ejusmodi morbo affectam, ducere non teneatur, & sanæ & integræ parti, rejectis sponsalibus, permittendum sit, cum alia persona conjugium. 114. 115.

vid. hîc Beza *de Repud. pag. (mihi) 139. & seqq.* Cypr. *d. c. 13. §. 66. & seqq.* Brouwer. *de jur. Connub. d. l. 1. c. 25. n. 34.*

 De

116. De reliquis vero morbis curabilibus & temporariis, quantumvis periculosis & diuturnis, aliud dicendum, nimirum propter istos, sponsalia dissolvi minimè posse, sed expectandum esse sponso vel sponsæ, donec convalescat pars ægra, vel etiam sent.

Cypr. *d. c. 13. §. 67.* Brouwer. *d. n. 34.* (qui tempus expectationis & moræ, pro ratione morbi & laborantis personæ, arbitrio & prudentiæ Judicis committi debere scrib.)

add.

Carpzov. *d. lib. 2. def. 180. n. 14.* Dn. Ziegler. *d. t. 10. §. 25.*

117. De graveolentiâ Oris; seu Halitus fœtore Sponsalibus superveniente, (si enim ante Sponsalia extiterit, imputet sibi pars altera qvod sponsalia non obstante fœtore sciens hoc vitium, contraxerit) an ob illum repudium mitti possit, qværunt hîc Dd. Affirmativa sub hisce reqvisitis, nimirum si (1) fœtor iste ex vitio corporis accidat, & (2) arte medica illi subveniri non possit & (3) gravissimus, adeoqve molestus atq; intolerabilis sit, ut omnem conversationem excludat & sine summa nausea alter alteri jungi neqveat, arridet

Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 57. n. 2.* Brouwer. *d. c. 25. n. 35.* Paul. Zach. *l. 9. quæst. Medico-Legal. t. 10. quæst. 5. n. 15.* Mev. *p. 4. decis. 45. n. 9.* (ubi praxin Consistor. alleg.) Dn. Stryck. *de jure Sens. disput 5. diss. 2. n. 9. arg. l. 12. §. ult. ff. de ædilit. Edict.*

qvorum sententiæ ob rationes satis prægnantes â Brouw. & Zach. modò citat. loc. adductas & nos subscribimus.

118. Et cum sæpius etiam propter Externa Corporis Vitia Repudium intentare soleant desponsati; proindè de hisce qvoqve paucis erit tractandum. Sciendum igitur vitia illa externa secund. Brou-

Brouwer. *de jur. Connub. p. 1. c. 25 n. 36.*
triplicia esse Vel enim (1) hominem ipsum ad expedienda 119.
negotia minus habilem reddunt, (putà si qvis post contracta sponsalia, claudus, surdus vel cœcus fiat, aut alteram manum vel pedem amittat) aut (2) hominem fœdè deturpant, uti nasi abscissio, labiorum truncatio, & qvæ similia sunt mala: vel. (3) deformiorem saltem reddunt (uti ex variolis deturpata facies wenn der Spiegel durch die Masern/Bocken oder sonsten verderbet wird/) Et licet ob omnia hæc vitia in genere dissolutionem denegent, 120.

Beza de repud. & divort. pag. (mihi) 140. & seqq. Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. th. 12. lit. c.*

Quidam etiam ex Dd. nostris inter sponsalia de præsenti 121.
& de futuro distingvant, & in hisce saltem rescissionem admittant, in illis vero repudium non concedant, velut sent.

Wesenbec. *in parat. ff. de sponsal. n. ult.* Kizel. *d. c. 8. theor. 12. lit. c. & theor. 13. lit. f.*

Attamen non attenta opinione Bezæ & prædicta distinctione Sponsaliorum, verius putamus, duo priora vitiorum 122.
genera, sponsalia supervenientia, si non modò insignem deformitatem afferunt, sed etiam impedimento sint laboribus & operis quibus alimenta comparari possunt, tam quoad sponsalia de præsenti, qvā de futuro, tentatà tamen prius reconciliatione & conjunctione animorum eaque cessante, justam repudio causam præbere, præsertim si nulla spes sanitatis sit reliqva, cum (1) ejusmodi claudus, 123.
surdus mutus & cœcus vel cui pes manusve est abscissa, non possit vel manibus suæ familiæ de victu prospicere, vel aptè familiam regere, vel cœtera boni civis munia administrare, ejusqve aspectum homines fugiant, & (2) etiam in hac materia clausula ista, (rebus sic stantibus,) sit sub 124.
intelligenda, cujus clausulæ hæc vis est, ut etiam alteri con-

trahenti invito, ob causam aliqvam noviter subortam, â contractu resilire liceat, secund. Dd. supr. allegatos. Eôque facit (3 text. in
125. *c. quemadmodum x. de jurej.*

Atque ita stat.

Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 57.* Beust. *de jur. connub. p. 1. de sponsal. c. 10. §. sed pone, &c.* Cypr. *d. tr. c. 13. §. 67. 68. 69.* (ubi d. §. 69. imitat, si qvis sciens claudo cœco vel alio corporis vitio affecto fidem dederit, aut pars altera simili laboret vitio) Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 167.* Haveman. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. t. 8. posit. 4. not. 3.* Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 10. def. 181.* (ubi n. 14. subjungit, h. c. facilius. permittendum esse repudium, si utraqve pars in id consentiat, quam si altera invita hoc petatur)

quibus add.

Dn. Ziegler *in not. ad Institut. Jur. Canon. l. 2. tit. 10. §. 25.* Brouwer. *d. c. 25. n. 36.*

consent. qvoad cœcitatem supervenientem

Dn. Stryck. *de jur. sens. dissert. 2. cap. 2. n. 5. & seqq.*

126. Idem de Sponsâ Coclite trad. & repudium qvandoque. ob hanc causam, maximè si altera pars consummationem constanter recuset, & magnæ lites infelixqve conjugium metuatur, indulgent

Sanch. *d. disp. 57.* Dn. Stryck. *d. c. n. 11.*

127. Qvibus præfatis causis etiam accensent Dd. seq. si sc. mulier sponsa Medicamenta Sterilitatis sumserit, qvia hæc nefario ausu finem matrimonii principalem, (nimirum procreationem sobolis) pessundat, nec non summè peccat in proprium corpus, ac functionem partium corporis, ad qvam exercendam â Creatore optimo maximo creatæ ac æstimatæ sunt, ita sent.

Cypr.

Cypr. *d. c. 13. §. 69.* kizel. *d. tr. cap. 8. theor. 13. lit. f.* Havem. *d. lib. 1. tit. 5. posit. 4. n. 4.*

Qvoad 3tium, ratione Sponſi quidem expeditum eſt, per 128.
ſupervenientem deformitatem faciei ſponsalia diſſolvi nõ poſſe, cũ in eo non adeò reqviratur corporis pulchritudo, ſed animi prudentia, & compoſiti ad virtutem mores ſufficiant; Qvoad fœminã autẽ (putà ſi ſponsa tempore Sponſalium ſit pulchra ac mediocris conditionis, & plebeiæ 129.
ſponſæ formoſa facies, ſola amoris cauſa in divite & illuſtri vel nobili familia prognato Sponſo extiterit, & aliàs extra hunc reſpectum iſto planè non contraxiſſet ſponsalia, illa vero poſt promiſſionem conjugii non leviter, ſed adeò ex varielis fuerit mutata, ut indubiũ ſit, ſi talis antea extitiſſet, nullo modo eam in ſui amorem juvenem allicere potuiſſe) major eſt dubitatio, an ob iſtã cauſam diſſolutio locum inveniat? Negativam amplectuntur

Covarruv. *p. 1. de ſponſal. cap. 5. n. 6.* Guttierez. *de matrim. c. 21. n. 5.*

Affirmativam autẽ defendunt, & reſciſſionem ex rationibus ſpecioſis concedunt, poſt

Baſil. Pont. & Hoſtienſ. Sanchez de matrim. *lib. 1. diſp. 57. n. 4.* aliiqve Dd. & Canoniſtæ & moraliſtæ ab ipſo alleg.

quibus aſſentit

Paul. Zach. *l. 9. quæſt. Medico-Legal. tit. 10. q. 5. n. 24. & ſeqq.*

vid. &

Havem. *d. tr. lib. 1. t. 5. poſit. 4. n. 2.* & Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 25.* (qui hîc multum arbitrio ac prudentiæ Judicis ex qualitate, dignitate & fortuna perſonarum diverſa, æqvam ſententiam laturi, committendum cenſet)

Nos

130. Nos autē sententiæ negativæ Covarruviæ & Guttierez tanquam æqviori accedimus, & ob solam deformitatem faciei, sponsæ citra omnem suam culpam, ex morbi vehementia, & mero infortunio, post sponsalia contingentem, regulariter dissolutionem sponsaliorum permittendam non esse putamus.

Postremò Sponsaliorum rescissionem etiam Fortu-
131. næ ac Status immutatio nonnunquam operatur. Eaque vel ad existimationis læsionem spectat, vel bonorum jacturam. Quoad priorem sciendum, nos hîc non de læsione famæ, ex calumniis improborum orta, (utpote quæ vana est, nec in repudiis mittendis ullo modo æstimanda,) sed
132. de illa existimationis læsione tractare, quæ crimen & culpam hominis seqvitur, & Nuncii mittendi justam præbet causam. Proinde si qvis post contracta sponsalia crimen
133. aliqvod atrocius & capitale, (v. g. crimen læsæ Majestatis, veneficium, Latrocinium, Parricidium, falsum, Robbariam, Plagium, adulterium) aliudve delictum & flagitium comittat, ex quo infamia, sive illa juris sit sive facti, irroga-
134. tur, & ignominiosus evadat, & justitiæ manus effugerit, ipsiqve vel ex causa aliqua gratia fiat, vel extraordinaria saltem pœna infligatur, sponsa omninò audienda est, quæ sponso infami nubere, ac ob delictum in exilium misso, vel
135. fugitivo cohabitare renuit, & ante consummatas Nuptias pacta dissolvi cupit, ceu appar. ex

l. 8. §. 2. C. de Repud. l. 5. C. de Sponsal.

& plurib. deduc.

Gerhard. *in loc. de Coniug. §. 166. & seq.* Brochman. *in art. de Conjug. q. 65.* Cypr. *de jur. Connub. c. 13. §. 78. & seqq.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 14. lit. a.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. c. 13. posit. 7. n.* Brouwer. *d. tr. lib. 1. c. 25. n. 38.* Carpzov. *in definit. Ecclesiast. l. 2. tit. 10. def. 177. & def. 188. n. 1. 2.*

Et

Et hinc rectè Repudium petitur (i) propter Homicidium dolosum â sponso commissum, per 136.

l. 1 ff. de his qui notant. infam.

& ea qui trad.

Gerhard. *d.* §. *166.* & *seqq.* Cypr. *d. c.* §. *79.* & *seqq.* Kizel. Havem. Brouwer. *dd. loc.* Carpzov. *d. def. 177.*

quam sententiam Cypr. d. c. 13. §. 80. ampliat, ut procedat, 137. etiamsi homicida vel alterius criminis reus condemnatus â Principe & Magistratu, cui jus aggratiandi competit, sit restitutus & aggratiatus, ut Dd. nostri loqvuntur, (wenn er gleich von dem Landes-Fürsten und seinem Obern perdoniret wer-den) cum crimine condonato & venia impetrata, non aboleatur infamia, sed semper adhæreat infamato, ut lepra le- 138. proso, nec Princeps jus mittendi Nuncii, ex perpetrato crimine qvæsitum sponsæ, ipsi invitæ auferre possit. 139.

consent. Brouwer. *d. c. 25. n. 11.*

Atqve ita ante aliqvot annos in supremo Consistorio Dres- 140. densi pronunciatum, & ad Sponsæ petitionem dissolutionem admissum fuisse memini.

Quamvis autem

Brouwer. *d. n. 40.*

Idem statuendum existimet, si homicidium necessarium, 141. culposum vel casuale fuerit commissum: Verior tamen videtur contraria sententia, nimirum ob homicidium merè casuale, nec non necessarium seu defensivum, in quo observatum moderamen inculpatæ tutelæ, repudium locum non habere; Cum in priori nulla, adsit culpa vel negligentia committentis, posterius verò tam de jure divino & naturali, quam civili & Canonico sit permissum, ideòqve committens ejusmodi homicidium, (casuale sc. vel defensivum) nullam pœnam mereatur, nec infamia notetur, imò etiam in foro conscientiæ obligatus non tenetur. veluti pluribus deduc. M Carp-

Carpzov. *in pract. Crimin. p. 1. q. 27. n. 54. 59. & seqq. & q. 20.*

ita qvoqve nobiscum sent.

Cypr. *d. cap. 13. §. 29. n. 2. circ. fin.* Carpzov. *in definit. Ecclesiast. d. l. 2. tit. 15. def. 178. n. 3.*

142. Quoad culposum homicidium, vel si in necessaria defensione quis moderamen excesserit, in eandem sententiam inclinat

Carpzov. *d. def. n. 34.*

Sed nobis re penitius inspecta, in utroqve casu contrarium concludendum & hinc repudium Sponsæ petenti, omnino concedendum videtur; maximè quando ad culposum homicidium culpa lata accedit, & excessus moderaminis inculpatæ tutelæ vel etiam defensionis dolo manifesto fuerit commissus, & moderatio tantummodò fit pœnæ ordinariæ, illaque in extraordinariam commutatur.

(2) De crimine Furti etiam qværunt Dd. an ob tale
143. delictum post sponsalia perpetratum dissolutio fieri possit? Et licet hîc post

Beust. *p. 1. de sponsal. c. 10. vers. circa hanc qvæst. &c.* Dn. Carpzov. *in definit. for. p. 4. const. 24. def. ult. & in Resp. Elector. l. 5. tit. 10. resp. 115. & in definit. Ecclesiast. d. l. 2. def. 178.*

ob furtum â Sponso, Sponsave commissum, qvod extraordinariam duntaxat meretur pœnam, (p. relegationem, pœnam carceris aut mulctam pecuniariam) Sponsalia publica dissolvenda non esse putet: Nobis tamen magis arridet sententia affirmativa, scil. indistinctè propter furtum, tam magnum quam modicum, etiamsi ob illud non mortis
144 sed extraordinaria saltem pœna furi infligatur, sponsalia
145. ad instantiam partis innocentis rescindi posse, qvia (1) ex omnibus delictis, ex quibus â Lege infamia irrogatur, sponsalia

salia dissolvi queunt, ut suprà ex jure & Dd. probavimus, furtum autem indubiè, sive illud magnum sit, sive parvum, ignomiosum & infame est delictum, & infamiam juris infert, per

l. 1. l. 6. ff. de his qui notant. infam. l. 63. ff. de furt.

qui textus generaliter loqvuntur, & inter furtum magnum & modicum non distingvunt, adeòque meritò generaliter sunt intelligendi, confer.

L. infamem 7. ff. de public. judic.

(2) quia & hîc inconveniens notabile, & nova causa supervenit, quæ â principio existens, sponsalia contrahi omnino impedivisset &c. & hinc (3) persona innocens cogi non debet, infami nubere, quæ sibi integræ famæ sponsum vel sponsam despondit, quâ in re nobiscum conven. 146. 147

Cypr. *d. c. 15. §. 78.* Brouwer. *d. lib. 1. c. 25. n. 38. & seqq.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccles.* Brunnem. *l. 2. c. 16. §. 7. pag. 595.*

Et sic non adversantur argumenta â Dn. Carpzov. in contrarium adducta, ad (1.) n. respond. text. jur. Canon. in 148. 149.

c. quæsivit. 2. x. de divort.

& jur. civil. in

L. 1. C. de Repud. l. 24. C. de donat inter vir. & uxor. Nov. 22. c. 13.

disertè loqvi de matrimonio jam consummato, non vero de sponsalibus, inter quæ, (sc. sponsalia & matrimonium,) tam de jure divino, quam Civili & canonico, nec non moribus nostris, notabilis existit differentia, ipsomet fatente, Dn. Carpzov. in Respons. Elect. & definit. Ecclesiastic. suprà allegat. loc. ac proindè dispositum de matrimonio perfecto, ad sponsalia, (quæ aliàs facilius, quam conjugium jam consummatum rescinduntur,) extendi non debere. Ad (2.) vero respond. ipsum 150.

Beust. *p. 1. de sponsal. c. 10.*

assertionem suam limitare, si delictum & furtum magnum sit, simulque fateri, negativam decisionem non carere dubio; ideoqve se eam ad pleniorem discussionem in medio
151. relinquere. Denique ad (3) resp. negando hoc casu, sponsalia dissolvi propter merum infortunium subseqvens, vel casum fortuitum supervenientem, cum pars delinqvens illud praecavere potuerit, & propria culpa, (beneficio scilicet manuum piceatarum,) se conjecerit in istud malum, ac propterea commiseratione aut favore planè indignus habeatur, & insuper notissimum sit, quod casus fortuitus nunquam excuset, quem culpa praecessit,

Secund. l. 5. §. sed interdum l. in rebus 18. ff. commod. l. 23. ff. de reg. jur.

& trad.

Ant. Fab *in Cod. lib. 4. tit. 41 def.* 22. *n. 19.* Treutl. *vol. 1. disp. 24. th. 3.* & Bachov. *ibid. in not.* Lauterb. *ad tit. ff. commodat. §. 4. n. 10. & in Compend. Jur. ad d. t. pag. 365.* & Dd. comm.

152. Praeterea observandum, qvod non tantum infamia juris, sed etiam facti in hac materia dissolutionis attendi debeat, & talis infamia sufficiat, qvae ex facto Autoris nata, bonum ejus nomen apud honestiores duntaxat viros inqvinat. Et sic omni jure rescissio sponsaliorum petitur, si sponsus post celebrata sponsalia Carnificis, Excoriatoris eqvorum,
153. vel lictoris officio fungatur, (wenn er nach gehaltenen Verlöbniß in die Hencker-Scharff- und Nachrichter- oder Feldmeister- Schinder- und Abdecker oder auch Bittel- Gesellschafft sich begiebet) cum ejusmodi personae sint famosae, viles & inhonestae, & ad minimum facti infamia & levi macula laborent,

Secund. trad. Carpzov. *in pract. Crim. p. 3. q. 137. n. 57. & seqq.* & Speidel. *in Specul. observat. Juridic. Politic. Histor.*

flor. in verb. Hencker. conf. Richter. *p. 1. decis. 54. n. 6. & p. 2. decis. 80. n. 19. 23. & seqq.* Lauterb. *in Compend. Jur. ad tit. ff. de his qui not. infam. pag. 102.*

ac propterea propter illam notabilem mutationem Status, sponsa ad consummandum matrimonium cogi nullo modo possit.

Convenienter hîc qværitur, an etiam Spurius, sive filius illegitimus ex concubina vel alia muliere prognatus, personis infamibus sit annumerandus, ideoqve sponsalia illa rescindi debeant, si qua mulier ignoranter promiserit 154.
spurio vel illegitimo matrimonium, quem ex legitimo matrimonio natum putabat; & viceversa, an idem obtineat, si fœminæ spuriæ pro nata ex legitimo matrimonio, fides conjugalis fuerit data? Nobis negativa opinio verior videtur, (1) enim certum est, illam tantummodò infamiam 155.
juris, vel facti, vel etiam levem maculam, in hoc negotio Repudii causam præbere dissolutioni, si illa ex facto & propria culpa Sponsi, vel Sponsæ proveniat, uti in præcedentibus deduximus. Jam vero negari neqvit, spurios nulla infamia, sive illa juris sive facti sit, laborare, ut post alios multis argumentis & rationibus demonstr.

Hartman. Pistor. *l. 1. q. 30. n. 26. & seqq.* Thoming. *q. 48. n. 26. & seqq.* Harpr. *ad §. 1. n. 24. & seqq. J. de in offic. testam.* Palæott. *de noth. & spur. c. 55.* Hillig. *in Donell. Enucl. lib. 6. c. 15. lit. b.* Carpzov. *p. 3. const. 10. ibique* Esb. *in not.* aliiqve Dd.

& levem etiam maculam, (qua ipsos aspersos esse, plerique ex Dd. modò citat: nimirum Hillig. & Carpzov. ultrò concedunt, qvibus assent.

Bach. *in not. Treutl. vol. 1. disp. 13. th. 4. lit. b.* Sudthold. *dissert. 9. th. 82.* Lauterb. *in Compend. Jur. ad tit. ff. de*

his qui not. infam. pag. 102.)

citra factum proprium, & culpam Spuriorum atque liberorum illegitimorum provenientem, ipsis in hac materia Re-
156. pudii obesse non debere: quibus accedit (2) quod hic error non versetur circa substantialia, sed saltem accidentalia Conjugii, ac proindè tantò minus in præsenti casu rescissio locum inveniat,

consent. Gerhard *in loc. de Conjug. §. 106.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1. t. 5. posit. 6. n. 2.*

157. Limitatur autem prædicta sententia, ut non procedat (1) si lege Provinciali, vel statuto aut consvetudine longæva introductum sit, quod vir nobilis non debeat ducere fœminam ignobilem, & vicissim fœminæ nobili non liceat nubere Viro ignobili, & sic ex utroqve genere, tam paterno quam materno Nobilitas attendenda sit; prout in Germania nostra moribus receptum est, (licet nullo jure, ut cens.

Bodin. *de Republ. l. 6. c. 6. pag. 1172.* Nold. *de Nobilit. c. 11. n. 19.*)

ut pro asserenda vera Nobilitate ad minimum 8. generationes ex utroque latere sine defectu probentur, (daß einer seine acht Ahnen zum wenigsten vom Vater und Mutter beweisen müsse.)

Secund. Besold. *in Thesaur. Pract. in verb.* Ahnen. Speidel. *in Specul. observat: Jurid. Politic. Histor. in verb.* Adel. *pag. 28. & seq.* Nold. *d. l.* Petr. Frize *de Nobilit. concl. 20.*

158. (2) Limitat. si promissioni matrimoniali expressè adjecta fuerit conditio, quod alteruter contrahentium Generis sui nobilitatem demonstrare debeat, & hanc conditionem ad-
159. implere neqveat sponsus vel Sponsa; item (3) limitat. si dolus malus contractui sponsalitio accesserit, & falsa Nobilitatis vel legitimorum Natalium jactatione, alterutra pars

ad

ad consentiendum fallaciter fuerit inducta. Hisce casibus modò relatis, re adhuc integra (si scilicet nondum copula carnalis intervenit) doctrinam prædictam de sponsalibus ob Errorem in statu non rescindendis fallere, & Repudium cessare, sent.

Gerhard. & Havem. *dd. loc.*.

Bonorum vero Jacturam qvod attinet, observand. (1) solam paupertatem propter fortunæ calamitatem supervenientem, vel damnum, quod non totas evertit mercatoris, (si sponsus mercaturam exercet) opes, neqve rationes omnes conturbat, justam causam Repudii sponsæ non præbere, & viceversa, neqve sponsum qui cum sponsa divite, nulla dote constituta sponsalia contraxit, qvæ postea per infortunium ad inopiam redacta est, ab ejusmodi sponsalibus resilire posse, adeoqve casum fortuitum hocce casu citra culpam & dolum desponsatorum alterutri contingentem, ipsi nocumento esse non debere, 160.

per l. 5. §. 4. l. 18. ff. de commod. l. qvæ fortuit. 6. C. de pignor. act. l. 23 ff. de Reg. Jur.

& trad.

Covarruv. *p. 1. tom. 2. de sponsal. c. 5. n. 4. 5. 6.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 14. lit. b.* Christin. *vol. 3. decis. Belgic. decis. 124. n. 6.* Havem. *d. tr. lib. 1. tit. 13. posit. 2. circ. fin.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 25. n. 43.*

Dissent. hic Sanchez. *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 59.*

Aliud dicendum putant Dd. mox citandi, si certa constituta dote à puella vel ejus parentibus sponsalia sint celebrata, (wenn ein Vater stracks bey dem gehaltenen Verlöbnis verspricht/ das er seiner Tochter . . Thaler mitgeben wolte) aut certam pecuniæ summam, in subsidium matrimonii se collaturum promiserit sponsus, & sic promissio ista pars qvædam contractus sponsalitii fuerit facta, postea vero promissa dos

vel

vel pecuniæ summa, ob paupertatem alterius partis contrahentis, vel ejus parentum subsecutam, vel ob grande æs alienum contractum præstari neqveat. Tum enim qvasi sub modo & conditione sponsalia censentur contracta, & hinc conditione non extante, vel deficiente, nihil promissum videtur, adeò ut alteri parti, altera invita, pœnitere & â sponsalibus recedere sit permissum. Qvod ipsum multò magis procedit, qvando expressis verbis conditio hæc fuit adjecta: si tantum vel tot aureos, mihi in dotem dederis, cujusmodi conditio validè sponsalibus adjicitur, ceu appar. ex textu expresso in

cap. de illis 3. x. de condition. apposit.

vid etiam de prædict.

Covarruv. *d. c. 5. n. 4.* Cypr. *de sponsal. c. 8. §. 5. & c. 13. §. 81. n. 3.* Bechstad. *de condit. sponsal. p. 1. c. 9. n. 6. & c. 11. n. 32. & seqq.* Gerhard. *de Conjug. §. 140.* Harpr. *ad rubr. tit. J. de Nupt. n. 25.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 14. lit. 6.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 1 tit. 10. posit. 2. problem. 1.* Dn. Ziegler. *in not. ad Institut. Jur. Lancellot. lib. 2. tit. 10. §. 8.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. l. tit. 2. def. 22.* Brouwer. *de jur. Connub. d. c. 25. n. 44.*

Pariter Repudium locum invenit, qvando post celebrata
161. sponsalia Sponsus vitio suo decoqvit, facultatibus deficit, & foro cedit (wenn er banckerot spielet/ und Fallit wird) cum ejusmodi Decoctoris Falliti & Bancæruptoris nomen infamia facti semper notetur, isqve â dolo excusari neqveat, qui perspectas habens rationes suas, nec exspirantium suarum facultatum ignarus, se locupletem simulavit, ut virginem caperet, ita stat:

Brouwer. *d c. 25. n. 42. 43.* (ubi idem dicendum judicat de eo, qui ad triste & miserabile cessionis beneficium

confugere coactus fuit,) qvia & cessio fidem debitori aufert & famam ejus apud graves viros aggravat.

CAP. III.

De reliquis causis Repudii, nimir. Sævitia sponsi, absentia & desertione malitiosa.

SUMMARIA.

1. *Ob sævitiam rectè resolvuntur sponsalia.*
2. *Præjudicia in hac materiâ supremi consistorii.*
3. *Quatenus propter absentiam & desertionem sponsalia dissolvi qveant?*
4. *Species aliqvot de hac re.*
5. *Distinctio inter præfinitum tempus certum & incertum.*
6. *Absentiæ genera.*
7. *Quid obtineat in justâ ac necessariâ absentiâ?*
8. *Species ejus prima.*
9. - *Secunda.*
10. - *Tertia.*
11. *Parti non absenti qvàm diu hîc exspectandum.*
12. *Qvid obtineat in voluntariâ & probabili absentiâ?*
13. *Quid si, insciâ alterâ parte qvis voluntariè & probabiliter non necessariô absit?*
14. *Qvid in malitiosâ absentiâ obtineat?*
15. *Qvamdiu hoc casu sponsus sponsavè exspectet?*
16. *Ex observantiâ Protosynedrii tempus hîc est arbitrarium.*
17. *Requisita ad Processum desertionis instituendum.*
18. *In Consistoriis Sax. quomodo hîc procedatur?*

19. *Desertor tribus vicibus publicè citatur.*
20. (1) *Ut se in termino præfixo sistat.*
21. (2) *Ad legitima impedimenta alleganda & deducenda.*
22. (3) *Ad audiendam sententiam definitivam.*
23. *Qui desertor, malitiosus declaratur, & pars innocens libera pronunciatur.*
24. *Quod & in aliis provinciis Germaniæ ita servatur.*
25. *In dubio semper trina citatio reqviri videtur.*
26. *Limitatio hujus asserti.*
27. *Citatio hæc Edictalis in trium dominorum territoriis fieri debet.*
28. *Præsertim in ejus, ubi desertor latitat, aut domicilium habet.*
29. *Citatio hæc Edictalis fieri debet præscitu cujusvis loci magistratûs.*
30. *Ea vel in loco publico affigenda, vel è suggestu recitanda: vel utroqve modo simul expedienda.*
31. *Judiciale attestatum de affixione & refixione legitimè factâ, remittendum.*
32. *Citatio hæc legalem terminum continere debet.*
33. *Aliàs contra desertorem procedi legitimè neqvit.*
34. *Interdum modicus defectus dierum pro ratione circumstantiarum tam rigidè non observatur.*
35. *Tutius tamen si exactè observetur.*
36. *Per votum perpetuæ continentiæ & virginitatis, cum ingressu religionis, jure Can. sponsalia dissolvuntur.*
37. *Idem observatum antiqvitus apud Romanos.*
38. *Citra ingressum religionis per ejusmodi votum sponsalia non dissolvi, sentit Sanchez.*
39. *Nostrates Theologi & JCti utroq; casu contrarium rectè statuunt.*
40. *Ratio hujus rei prima.*

41. *Se-*

41. - *Secunda.*
42. - *Tertia.*
43. - *Quarta.*
44. *Catalogus Auctorum nobiscum sententium.*

HUc usqve tractavimus de causis, ob quas ob animi, corporis & fortunæ mala Repudium jure mitti potest: Restat jam, ut de sævitiâ Sponsi, post sponsalia superveniente, nec non absentiâ Sponsi Sponsæve diuturnâ, & desertione malitiosâ quædam annectamus. Quoad priorem igitur, (Sævitiam sc. quæ sæpe solet esse capitalis odii pedissequa) notandum, illam si â Sponsa consummationem renuente legitimè probata fuerit, & ab ea reconciliatio obtineri nequeat, aut etiam ista cautionem de non offendendo â Sponso oblatam acceptare nolit, (invita enim cautionem, licet idoneam, maximè in casu magnæ sævitiæ, approbare illique fidere non tenetur) itidem pro justa causa dissolvendi sponsalia haberi: cum sævitia æquiparetur desertioni, & ex sævitiis non minus ac ex inimicitiis capitalibus, infelices conjugii exitus sint metuendi, ideòque consultius sit, rem intactam servare, quam post vulneratam causam remedium quærere, 1.
secund.

L. ult. in fin. C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess. & trad. Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 58.* Carpzov. *l. 2. definit. Ecclesiast. tit. 12. def. 212.* Havem. *l. 1. Gamalog. Synopt. tit. 13. jure fin.*

Veluti ita pro dissolutione sponsaliorum ob inimicitias supervenientes in Supremo Consistorio Dresdensi in causa Catharinen Spormannin Klägerin eines/ Nicol Fehren Beklagten anders theils 6. Maii 1650. item in causa Marien Schusterin 2.
Klägerin/ Hanß Trentzschen Beklagten anders theils 6. Maii

 1660.

1660. aliisque casibus hactenus decisum fuit.

3. Quoad posteriorem vero nimirum Absentiam, & desertionem, secundum Beust. p. 1. de Sponsal. c. 60. considerandi sunt seqventes casus principaliores. Aut enim
4. certum tempus expressè præfinitum est in Sponsalibus, intra qvod sponsus redire & matrimonium consumare debeat, & tunc Sponsa tale tempus expectare tenetur, eoque elapso Repudio locus est, & Sponsa alteri nubere potest,

l. 2. C. de Sponsal. cap. sicut. 22. x. eod. tit.

ubi tamen præprimis dispiciendum, an hic terminus utrique parti placuerit finiendæ obligationis ergò, vel ad restringendam vel limitandam obligationem certum tempus ex conventione partium fuerit adjectum; E. g. si quis alicui promittat filiam, ut inter annum vel biennium ducat, er wolle ihme seine Tochter der gestalt versprochen haben daß er sie binnen der beniemten Zeit zur Ehe nehmen solle/ vel si Cajus promittat, se ducere velle Sejam intra annum, & eidem non absolutè det fidem de matrimonio, sed de contrahendo tali termino, Er wolle sie innerhalb Jahres frist heyrathen/ vel viceversa Seja h. m. cum Cajo stipuletur. Hisce casibus statuunt Dd. qvod ejusmodi promissiones tacitam contineant conditionem, & hinc sponsalia lapsu termini præfiniti omninò dissolvantur, ideoqve Sponsa, si non per ipsã sed per alterum, cui promissio facta, steterit, qvo minus nuptiæ fuerint factæ isteqve vi majori vel casu fortuito (p. adversa veletudine, aliisve legitimis impedimentis, de quibus vid. Process nostri Frider. p. 1. c. 34. n. 23. & seqq.) non impediatur, suæ vel suorum parentum sponsioni, effluxô tempore præfixô, ulterius adstricta non sit, sed aliam conditionem sibi qværere posset, etiamsi partem alteram de implemento promissi non interpellaverit

per

per *c. sicut x. de Sponsal. l. 17. ff. de sponsal. l. 16. ff. ex quib. caus. major.*

Sponsus vero à sponsione sua tùm liberetur, cum culpa sponsæ, vel ejus parentum, constitutô tempore, non fuit confectum matrimonium velut sent: & latius deduc.

Covarruv. *p. 1. de sponsal. c. 5. n. 8.* Cypr. *de sponsal. c. 13. §. 84.* Alberic. Gentil. *de Nupt. lib. 6. c. 17.*

add.

Sanchez. *de matrim. p. 1. Disp. 53.* Gerhard. *de Conjug. §. 136.* Bechst. *de condit sponsal. p. 1. c. 3. n. 7.* Brouwer. *de Jur. connub. lib. 1. c. 75. n. 52. & seqq.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. c. 16. §. 9.*

Idem qvoad dissolutionem sponsaliorum dicendum; si sponsæ sponso abituro, vel vir ita matrimonium promittat, vel expressis verbis sponsioni adjiciat: Ego tecum contraho matrimonium, modò illud intra biennium consummaveris, neqve post biennium promissione teneri volo, si nuptiæ subsecutæ non fuerint (daß wann sponsus vel sponsa binnen der bestimten Zeit/ die Ehe nicht vollziehen werde/ altera pars an die beschehene Verlobung nicht weiter verbunden/ oder ihme länger nachwarten wolle/ prout iterum doc.

Cypr. *d. §. 24.* Brouwer. *d. c. 75. n. 54.* Dn. Stryck. *d. §. 9.*

Hocce igitur casu sponso vel sponsæ elapsô terminô, itidē à sponsalibus discedere licet.

Qvod si verò non finiendæ aut limitandæ vel restringendæ obligationi, sed sponsalibus jam purè contractis, & sic obligationi perfectæ, solummodò consummandi matrimonii gratia, tempus certum adjectum sit, e. g. si dictum fuerit, Ich sage dir hiermit die Ehe zu/(verlobe mich mit dir biß auff Priesterl. Copulation) und verspreche zugleich/ daß ich solche Ehe innerhalb Jahres Frist vollziehen will tunc sponsalia per lapsum

psum temporis determinati ad consummationem non expirant, nec repudio, tàm ex parte sponsi, quam sponsæ, locus datur, cum hic dies potius maturandi matrimonii gratiâ, & ad sollicitandum effectum obligationis, quam ad extingvendam ipsam obligationem adjectus censeatur:

per l. 27. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.

Et ea quæ trad.

Sanchez. *d. Disp. 53.* (*qui hanc materiam d. l. eleg. pertractat, simulqve declarat, quando terminus ad finiendam obligationem, & quando ad sollicitandum obligationis affectum, adjectus censeatur*) Covarruv. *d. n. 8.* Cypr. *d.* §. 84. Alber. Gentil. *d. c. 17.* Gerhard. & Bechst. *dd. loc.* Brouwer. *d. c. n. 53.*

5. Et hæc omnia ita obtinent, quando tempus certum in sponsalibus fuit præfinitum. Quando verò expressum tem-
6. pus non est constitutum, tunc distingvunt Dd. inter absentiam justam, necessariam, aliamve quamvis, quæ legitimam & urgentem habet causam, & absentiam non necessariam, sed malitiosam & voluntariam â sponso, sponsave ad ludificandam & deserendam alteram partem unicè institutam.

7. Ad Classem priorem absentiæ justæ necessariæ atque
8. legitimæ referimus cum Dd. (1) longiores ex necessitate, peregrinationes (p. si mercatori mercaturæ exercendæ gratia, longius iter in Indiam Orientalem, in Ost-Indien/ undè reditus intra aliqvod annos non sperandus, vel Occidentalem, West-Indien/ aut aliam dissitam regionem sit
9. ineundum.) (2) Si qvis in militiam, patriæ defendendæ causa, ad jussum Principis & Superioris proficiscatur (weil ein allgemeines Auffgeboth oder aufforderung ergehet/ und die Un-
10. terthanen, mit in Krieg ziehen und auffsitzen müssen) (3) Si qvis ab hostibus in captivitatem deductus, morbo detentus,

Prin-

Principis & Reipublicæ legatus, prædonum metu deterritus, aliamve ob causam legitimam, (p. ob mortem parentis, accusationes criminum capitalium, amicis vel conjunctis personis intentatas) vel in exilium ex infortunio, (non verò quando propter delictum famosum exilium fuit indictum, istô enim casu pars altera benè repudium qværere potest, ut supra diximus) ire jussus, intra breve spatium domum reverti & nuptias consummare vel non possit, vel non audeat.

Hisce aliisq; similibus casibus sponsa tantisper, & hinc non solum per annum vel biennium sed etiam triennium, quadriennium & ulterius, pro arbitrio Judicis expectare tenetur, donec vel impedimentum cesset, & sponsus revertatur, vel de ejus morte certissimus nuncius allatus sit, juxt. 11.

L. sæpe 17. ff. de sponsal.

& comunem Dd. sententiam quam defend. & seqvuntur.

Sanchez *de matrim. d. l. 1. Disp. 54.* Beza *de Repud. & divort. p. 179. & seqq.* Schneid. *ad tit. de Nupt. p. 4. n. 45.* Cypr. *de sponsal. d. c. 13. §. 70.* Brouwer. *d. l. 1. c. 25. n. 47. 48.* (ubi definitionem temporis) arbitrio Judicis committit, & semper Judici officium suum ita moderandum esse dicit, ut qvam minimum virginum vota vel eludantur, vel protelentur, ne illis opportunum tempus nubendi pereat.)

Confer.

Beust. *de sponsal. p. 1. de sponsal. c. 60.* Covarruv. *p. 1. de sponsal. n. 7. circa fin.* Alberic. Gentil. *de Nupt. lib. 6. c. 16.* Canis. *ad c. 5. x. de sponsal. n. 2.* Brunnem. *ad L. 2. c. de sponsal.* Havem. *l. 1. Gamalog. Synopt. tit. 13. posit. 4. n. 9. & posit. 5. posit. 7. pag. 170.* Carpzov. *l. 1. definit. Ecclesiast. tit. 5. def. 58. n. 5. & seqq.*

Huc

12. Huc etiam meritò referenda absentia desponsatorum voluntaria & probabilis, circa quam observand. quod si sponsus, citra dolum malum, conscia & consentiente sponsa, vel hæc, sciente ac volente sponso, ob honestam causam peregre, nullô certo præfinito tempore reditus, proficiscatur, & remanenti parti longinqvitas itineris, & difficultas expeditionis benè fuerit nota, tunc expectandus sit reditus sponsi vel sponsæ, licet absentia aliquando diuturnior sit, cum discessus animo redeundi factus tacitam sponsaliorum renunciationem non inducat, nec vota sua diutius eludi Jure conqveri possit sponsa, qvæ peregrinationi consensit.

Beust. *d.c.60.* Canis. *in Comment. ad c. de illis 5. x. de sponsal.* Brouwer. *d.c.25.n. 48.* Havem. *d.l.*

Aliud autem dicendum existimat

Sanchez. *d. Disp.54.n.13.*

De illo casu, quando de consensu sponsæ, sponsus in longinqvum locum se transtulit, & inter eos convenit de certo absentiæ tempore, nimirum qvod tantum teneatur sponsa eo tempore expectare, ideoque si statutô tempore non venerit, sponsæ alii nubere liceat, consent.

Havem. *d.l.1. tit.13. posit.5.circ.fin.*

nisi constaret sponsæ, inculpabiliter sponsum non redire præfinito tempore, ipsumque absque culpa sua, legitimè impeditum, promissum adimplere non posse

arg.c.qvia diversitatem x.de concess.præbend. l.1.c. de annal. Except. Auth. tricennal. C. de bon. matern. Sanchez. *d.lib.1.Disp.53.n.7.& Disp.54.n.13.*

13. Qvod si ex desponsatis una pars, insciâ alterâ, peregrè abierit ex voluntaria & probabili saltem, non verò necessaria causa, hinc indè vagetur per orbem, ac certum tempus matrimonio consummando præfinitum non sit, neqve de

ani-

animô malitiosô apertè constet; istô casu officio & arbitrio Judicis, considerantis absentiæ causam, moram & ætatem, nec non mores puellæ & qvalitatem sponsæ (ob sie gar jung oder alt/ item wie lange sie schon gewartet / und noch warten könne/ &c.) relinquendum est, quamdiu expectandum sit. Et sic in præsenti casu pro ratione circumstantiarum (nach Gelegenheit der Fälle/) tempus expectationis ad annum vel etiam biennium & triennium vel ulträ extendendũ est, secund.

Schneid. *ad tit. J. de Nupt. p. 1. de sponsal. & p. 4. n. 45.* Covarr. *de sponsal. d. c 5. n. 7.* Beust. *de Jur. Connub. p. 1. de sponsal. cap. 60.* (ubi hocce casu in dubio sponsam ultra annum expectare non teneri sponsum scribit) Cypr. *d. c. 13. §. 70. & seqq.* Gerhard. *de Conjug. §. 167.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 11. Lit. G. & theor. 13. lit. C.* Hav. *l. 1. Gamal. Synopt. tit. 13. posit. 5. circ. fin. & posit. 7.*

Si verò sponsus vel sponsa, post sponsalia publica de præsenti purè & perfectè celebrata, ex causa merè malitiosa 14.
& voluntaria sine voluntate alterius partis desponsatæ discedat, eamq; deserat, & non constet, ubi terrarum degat, vel utrum susperstes sit, item an animum revertendi & nuptias consummandi habeat, tunc nullum atq; uniforme tempus est præscriptum, quamdiu sponsa sponsum & viceversa hic illam expectare teneatur, anteqvam Processui desertionis, (etiam in Sponsalibus usitato, teste Carpz. *l. 3. def. Eccles. tit. 5. def. 77.*) locus sit; cum Jura etiam nostra hac in re varient, & qvandoq; biennium, ut in *l. 11 qui. C. de sponsal.* vel etiam triennium, *in l. liberum 2. C. de Repud.* qvandoque qvadriennium, *in l. si uxor. 7. C. d. t.* & plures annos præfiniant, prout demonst.

Schneid. *ad d. t. J. de Nupt. p. 4. n. 45.* Beust. *d. c. 60. §. secundo casu &c.* Cypr. *d. cap. 13. §. 70.* Carpz. *l. 3. def. Eccl. tit 5. def. 60.*

Ideoq; Dd. prout in dissolutione matrimonii jam consummati, sic etiam hîc determinationem temporis arbitrio pru- 15.

O den-

dentis Judicis relinqvunt, & hodiè tempus expectationis arbitrarium esse censent, ita sc. ut illud ratione circumstantiarum augeri & minui, eôqve effluxô, ad petitionem partis innocentis desertæ, dissolutio sponsaliorum, prævio processu hac in materia usitato, eoq; legitimè tractato, concedi debeat, atqve ita sent.

Gerhard. *de Conjug.* §. 632. Schneid. *d. p. 4. n. 46.* Beust. *d. c. 60.* Cypr. *d. c.* §. 70. & 72. Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 11. lit. G. & theor. 13. lit. C.* Carpz. *d. def. 60.* Havem. *d. 42. l. 1. tit. 13. posit. 5. circ. fin. & lib. 3. tit. 7. problem. 5. n. 4.* Dn. Stryk. *in addit. ad Jus Ecclesiast. Brunnem. l. 2. c. 17.* §. 27.

Conf. Mev. *p. 4. Dec. 7.*

Et hinc in Consistoriis nostris Saxon. præprimis Protosynedr. Ecclesiast. Dresd. ex observantia ibidem jam recepta
16. tempus expectationis arbitrarium est, & nonnunqvam biennium vel triennium, quandoq; etiam unicus saltem annus in formatione processus desertionis sufficit, & brevius tempus, quam in matrimonio jam perfecto obtinere solet, maximè si de perverso & malitioso absentis sponsi sponsæve animo clarè constet, eum vel eam animum revertendi & nuptias consummandi prorsus abjecisse, nullamq; spem reversionis superesse, (v. g si absens de reditu admonitus expressè mentem suam declaraverit & rescripserit, sibi non placere nuptias Cajæ vel Titii, & alteram partem innocentem res suas sibi habere jusserit, (daß er personam desertam zu heyrathen durchaus nicht begehre/ noch die Ehe mit derselben zu vollnziehen/ oder sie an seine Seite kommen zu lassen gemeinet/ sondern sie hiermit allerdings loß gegebẽ haben wolle) Hocce vel alio simili casu etiam spatium annuum absentiæ malitiosæ sufficere rectè asserit Cypr. *d. c. 13.* §. 70.

Confer.

Beust. *p. 1. de sponsal. c. 60.* Havem. *d. 4. 13. posit. 5. circ. fin.* Carpz. *l. 3. definit. Eccles.* Dn. Stryk. *in addit. ad Jus*

Ec-

Ecclesiast. Brunnem. *lib. 1. c. 16. §. 9.* (ubi præjudicium Facultatis Juridicæ Francofurt. adduc.) & *l. 2. c. 17. §. 2.*

Observandum tamen hic, à Magistratu Ecclesiastico processum desertionis contra desertorem ex officio regulariter non moveri, sed istum demum ad petitionem & querelam partis desertæ, quam præcipuè injuria tangit, à Judice decerni, eumq; iisdem formalibus, qvibus processus desertionis in matrimonio jam consummato tractatur, expediri, ita ut præprimis non tantum testimonium innocentiæ, vitæ & morum à parte deserta Judici offeratur: (Es muß dasselbe Zeugnis und glaubwürdige Kundschafft bringen/ daß es sich in Abwesenheit des Desertoris & partis nocentis (es seye solcher der Mann oder das Weib) ehrlich und unverweißlich gehalten) sed etiam offerre tenetur testimonium diligentiæ, quod nempè omni studio inquisiverit & percunctata fuerit de parte nocente, nec tamen quicquam certi de illa rescire potuerit (daß es über allen angewandten Fleiß den Desertorn nicht erforschen noch erfragen noch von ihme/ ob er am leben oder tod seye/ die geringste nachrichtung erlangen können) qua de causa etiam nonnunquam personæ desertæ injungi potest juramentum purgationis, si probabilem desertoris absentiam, vel locum, in qvo reperiundus, dissimulet. 17.

vid. Cypr. *d. c. 13. §. 72.* Beust. *p. 1. de sponsal. cap. 62.* & *p. 3. cap. 27.* Kizel. *in synops. c. 8. theor. 11. lit. G.* Carpz. *l. 3. def. Eccles. tit. 5. def. 59.* Mev. *p. 4. Decis. 7.*

Et hodiè in nostris Consistoriis Saxonicis ante decretum processum desertionis Relatio Judicis inferioris sæpius reqviritur (Es wird zuvor umb Bericht geschrieben an den Magistrat desselben Orths/ wo sich persona in nocens wesentlich auffhält/ wie sich dieselbe bißhero verhalten/ und was sie vor ein Leben geführet habe. Hoc itaque præliminari reqvisito observatô, & qvando (2) constat de malitiosa desertione partis innocentis, & Judex de ea ejusqve Circumstantiis, & qvod abs- 18.

 sens

sens tamdiu abfuerit, ut exindè verus præsumi possit animus deserendi, sufficienter fuit informatus, tùm devenitur ad istum processum desertionis & reus, desertor vel rea desertrix, si prorsus lateat, & copia ejus haberi neqveat, in subsidium ex Authoritate Judicis Ecclesiastici, tribus vici-
19. bus per publicam Edictalem citationem citatur & quidem
20. prima vice, ut se sistat in termino præfinito Judici, atque ad actionem ab altera parte institutam respondeat & excipiat, si possit (daß er auff die erhobene Klage antworten solle) secundâ
21. verò vice desertor, contemta prima citatione contumaciter non comparens, prævia contumaciæ accusatione, iterum citatur ad alleganda & deducenda legitima impedi-
22. menta (zu Ausführung seiner Ehehafften) & (3 denique Reus vel rea, si etiam hac secunda Citatione spreta, non compareat, citatur ad audiendam sententiam definitivam (zu Anhörung eines End-Urthels) & in tertio tandem ultimoqve termino per sententiam declaratur malitiosus desertor, ac
23. dissolvitur matrimonium, & pars impetrans & innocens libera pronunciatur, ipsiqve alterius matrimonii contrahendi potestas permittitur (es wird persona nocens vor einē böߟlichen oder muthwilligen Verlasser seiner Verlobten / vel si sponsa sit, vor eine böߟliche Verlasserin ihres Verlobten / erkläret / der weltlichen Obrigkeit die verwirckte Straffe wieder ihn vorbehalten / von demselben der unschuldige Theil sich in andere Wege Christlich zu verehlichen verstattet und nachgelassen.) Et hic modus procedendi, quem pluribus describunt exhibitis simul formulis citationum & sententiarum

Beust. *p. 1. de sponsal. c. 60. 61. 62. 64. 65. 66.* Cypr. *de Jur. Connub. p. 1. de sponsal. c. 13. §. 70. 71. 72.* Carpz. *l. 3. tit. 5. def. 60. 61. & seqq. usqve ad def. 66. inclus.*)

24. circa hanc materiam desertionis non tantum in Consistoriis Saxonicis qvotidiè observatur, sed etiam alibi in Provinciis Germaniæ maxima ex parte attenditur, velut apparet ex trad. Cypr.

Cypr. *d.* §. 72. Kizel. *d. theor. 8. lit. G.* Brouw. *de Jur. Connub. lib. 1. cap. 25. n. 49.* Brunn. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 28. & seqq.* Mev. *p. 4. Decis. 223.* (qui in processu desertionis interdum unicam etiam citationem sufficere putat, ubi ex circumstantiis ea satis verisimilis est)

Sed in dubio semper trinam citationem requiri nobis verius atqve tutius videtur, nisi ad desertionem malitiosam 25.
qvoque accedat matrimonium cum alia tertiave persona à desertore celebratum, & plenariè consummatum, (wenn sponsus vel sponsa post desertionem sich mit einer andern Person eingelassen / und bereits die Ehe mit derselben vollnzogen) 26.
qvo casu, sicuti ad dissolvendum matrimonium jam contractum, sic etiam qvoad rescissionem sponsaliorum ulteriori processu desertionis opus haud esse, sed illa comperta & probata consummatione, & fractâ fide desertoris, statim per sententiã dissolvi posse, facilè concedimus, consent.

Carpz. *d. l. 3. defin. Eccl. tit. 5. def. 69.* Mev. *d. p. 4. decis. 223. n. 5. & seqq.* & Dn. Stryck. *in addit. ad* Brunn. *l. 2. c. 17. §. 27.*

Ulterius (3) qvoad citationem Edictalem hic usitatam notandum, ((1)) istam intimandam esse in trium diversorum 27.
Dominorum vicinorum Territoriis (in dreyer benachbarten Herren Landen) & eligenda esse territoria, ad quæ probabiliter se contulit desertor, ac præcipuè locum domicilii desertoris præteriri non debere. 28.

Beust. *d. p. 1. cap. 62. & p. 2. cap. 27.* Carpz. *d. l. 3. def. 65.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccles.* Brun. *lib. 2. cap. 18.*

((2)) quod Edictalis Citatio in processu desertionis cũ præscitu & consensu cujusvis loci Magistratus, eove specialiter requisito, vel ex suggestu notificanda vel publico in loco sit affigenda, vel utrumq; conjunctim fieri debeat: (soll 29. 30.
entweder 3 mahl von 14. Tagen zu 14. Tagen durch den Priester von der Cantzel abgelesen oder an der Kirchthüre oder Rath-Hause öffentlich angeschlagen werden / und 6. Wochen und 3. Tage über

lang daran stehen bleiben/ oder auch beydes zugleich beschehen) & deinde per Magistratus, qui in territorio suo Edictum citato-
31. rium affigi fecit, judiciale Atteſtatum, tam ratione loci, quam qualitatis & temporis affixionis & refixionis (wann die Edictal Citation angeschlagen / wie lange sie affigirt gestanden/ und wenn sie wiederumb abgenommen worden) in Actis vel schedula particulari registratum, ac propria Magistratus vel Jurati Actuarii Judicii, (Stadt- Syndici, Stadt-oder Gerichtsschreibers) manu scriptum vel subscriptum, aut sigillo publico confirmatum, vel etiam attestatum Parochi, à quo ex suggestu notificatio citationis fuit facta, Judici Ecclesiastico reqvirenti fides facienda, citationis actum legitimè fuisse peractum, qvem in finem hodiè cum Attestato Magistratus vel Parochi requisiti, simul remittere solent Edictales Citationes originaliter cum registratura temporis affixionis & refixionis, qvò illæ ad Acta reponantur, teste quotidiana observantia.

32. (4) Notand. quod in causa desertionis ulterius procedendum nôn sit, priusquam de Citatione legitimè facta constet ideoqve illæ non tantum peremtoriæ esse, sed etiam continere debeant terminum legalem & spatium Saxonic. (qvod hodiè est 6. septiman. & 3. dier. à tempore insinuationis vel affixionis, eine vollkommene Sächs. Frist / von Zeit der insinuation oder des Anschlags oder beschehener intimation ex suggestu anzurechen/ adeò, ut si unica dies solummodo defi-
33. ciat, de Jure stricto, reus pro vero contumace non haberi nec in legitima impedimenta condemnari, multo minus definitivè contra eum pronunciari, isqve pro desertore declarari possit, prout stat:

Carpzov. *d. 4.5. def. 64.*

Etqvamvis hodiè non nunqvam pro ratione circumstantiarum, modi-
34. cus defectus aliqvot dierum circa terminum Saxonicum, & unam alteramve citationem Edictalem in hoc Processu emanatam, præsertim in casu

casu absentiæ malitiosæ diuturnioris, 6. 8. 10. 12. vel plurium annor. & qvando omnis spes reditus deficit, in Consistoriis Saxonicis non adeò attendatur: Tutius tamen proceditur, si terminus iste legalis, qvantũ fieri potest, semper exactè & præcisè observatur. 35.

Tandem hisce omnibus in præcedentibus à nobis pertractatis caussis dissolvendorum Sponsalium Canonistæ etiam adjiciunt, Votum perpetuæ continentiæ & virginitatis vel cœlibatus sponsalia subsecutum, puta qvando alteruter desponsatorum post sponsalia vel vitam monasticam elegit, (wann er in ein Kloster läufft/ und ein Ordens-Mañ wird) vel alias vovet, se in cœlibatu perpetuo usq; ad finem vitæ permanere velle, ac proinde alteri parti desponsatæ valedicit. Et qvoad priorem qvidem casum, sc. si votum sit factum religionem ingrediendi, de Jure Canon. indubium est, per ingressum religionis, professione licet nondum subsecuta, sponsalia omninò dissolvi, per text. expr. 36.

cap. verum 2. c. ex publico 7. x. de convers. conjug. Concil. Trident. *sess. 8. can. 6.* Et trad. Covarr. *tom. 1. de sponsal. p. 1. c. 5. n. 11. & de matrim. p. 2. c. 7. §. 4. n. 10. & seqq.* Sanchez. *de matr. lib. 1. dist. 42. & disp. 46. n. 2.* Zoes. *in Comment. in lib. 3. Decretal. tit. 32. n. 7.* Dn. Schilter. *l. 1. Inst. Jur. Can. 4. tit. §. 14.*

Idem etiam apud Romanos servatum fuisse tempore Justiniani Imperat. elucet ex ejusdem constitutionibus nimir. 37.

L. Deo nobis pen. C. de Episc. & Cler. Nov. 39. vid. Rittersh. ad Novell. p. 1. c. 6. n. 47. Cypr. *de Jur. Connub. c. 13. §. 33. n. 1.* Brunnem. *ad d. l. pen. C. d. t.*

Qvoad posteriorem vero casum sc. votum castitatis & continentiæ citra ingressum Religionis, contrarium tenet, & per ejusmodi votum subsequens sponsalia non dissolvi asser. 38.

Sanchez. *d. lib. 1. disp. 46. n. 9. & seqq. ubi plur. Dd. alleg. simulque ad argument. contrariæ sententiæ respond.*

Verum rectius utrumque continentiæ & castitatis perpetuæ votum tàm religionis vel monasticæ professionis, quam simplex, tanquam impium temerarium, juri divino & humano directè contrarium, damnant & rejiciunt, adeoq; illud neq; sponsalia neq; matrimoniũ dirimere stat. Theologi & JCti, in nostratibus Ecclesiis Pontificiæ religioni non addictis: 39.
quia (1) ejusmodi votum pugnat cum mandato & ordinatione Dei, qui 40.
homi-

hominem creavit ad societatem conjugalem; & Genes. 3. disertis verbis præcepit ut crescerent, terram replerent, & Reipublicæ seminarium piè
41. sanctèq; propagarent: (2) quia ea, qvæ sunt extra potestatem nostram, & impossibilia habentur, ac voveri non nisi stultè possunt, nemo servare tenetur. Perpetuam autem continentiam in potestate nostra non existere, & rem per se impossibilem esse, negari nequit: Ergò &c. quia (3)
42. inter personam ita stolidè & inconsideratè voventem, & alteram partem desponsatam, per sponsalia de præsenti publica & fidem conjugalem purè datam, matrimonium jam inchoatum, & qvoad nexum & vinculum conjugale efficax obligatio inducta est

Secund. Carpz. *l. 5. Resp. Elect. tit. 10. resp. 108. & l. 2. definit. Ecclef. tit. 4. def. 65. n. 9. def. 83. n. 6. & seqq.* Dn. Ziegl. *in not. & animadvers. ad Inst. Jur. Canon. Lancell. l. 2. tit. 10. §. 17. & tit. 13. §. 12. & Dd. pass.*

a qva una pars non consentiente, altera & citra justam causam discedere minimè potest

L. sicut 5. C. de oblig. & Act.

Et quia (4) Deus non acceptat promissionem rei prius alteri promissæ,
43. sponsus autem vel sponsa per sponsalia promisit corpus suum alteri, ac proindè repromissio ejusdem corporis facta Deo per votum ipsi grata non est, qvo argumento utitur

Sanchez. *d. Disp. 46. n. 8.*

44. Et hanc sententiam amplectuntur & pluribus rationibus confirm.

Chemnit. *in Exam. Conc. Trid. p. 2. sess. 8. can. 6.* Beza *de repud. & divort. §. solent a. præter istas causas & c. pag. (mihi) 183. & seqq.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 523. §. 539. & seqq. §. 643. & seqq. (ubi latissimè, de voto continentiæ perpetuæ tractat & argumenta contraria Pontificiorum sufficienter refellit)* Dn. Scherzer. *p. m. in System. Theol. loc. 27. §. 16. pag. 826. & seqq.* Cypr. *de Jur. Conn. c. 13. de sponsal. §. 73.* Kizel. *in Syn. matr. c. 8. theor. 12. lit. E. & theor. 13. lit. H.* Hav. *in Gamal. Syn. lib. 1. t. 13. posit. 6. & l. 2. tit. 3. posit. 2. l. 3. tit. 8. pag. 426. & seqq.* Brouw. *de Jur. Conn. l. 2. c. 22.* Carpz. *l. 2. definit. Ecclesiast. tit. 10. def. 172. n. 12. & seqq.*

F I N I S.

PARS II.

INDEX CAPITUM.

Partis II.

CAP. V.

De ſeparatione conjugum qvoad thorum & menſam.

CAP. VI.

De Proceſſu in materiâ repudii & divortii hodie uſitato, ut & judice harum cauſarum competente, tam primæ, qvàm ſecundæ inſtantiæ.

CAP. I.

De Dissolutione matrimonii, per mortem naturalem & adulterium.

SUMMARIA.

1. *Matrimonium dissolvitur hodie morte naturali.*
2. *Permissum est superstiti, post certum tempus, ad secunda vota transire.*
3. *Olim, de Jure Civili, dissolvebatur quoque morte civili.*
4. *Hodie non dissolvitur neque per captivitatem:*
5. *Neque per bannum Imperii, vel excommunicationem majorem:*
6. *Neque per damnationem ad triremes.*
7. *Multò minùs per deportationem:*
8. *Aut confinationem.*
9. *Qvid sit confinatio?*
10. *Inter vivos dissolvitur matrimonium divortio.*
11. *Dupliciter hoc fit, (1) plenè & propriè, cum totaliter dissolvitur.*
12. *Qvod fit duobus casibus, propter adulterium & malitiosam desertionem.*
13. (2) *Impropriè & minus plenè, qvoad thorum & mensam.*
14. *Impropriè etiam dicitur divortium, quando matrimonium pro nullo declaratur.*
15. *Qvod fit vel ob impotentiam antecedentem matrimonium.*

16. Vel ob incestum commissum.
17. Vel ob errorem substantialem matrimonii.
18. Divortium quid?
19. Per verum divortium matrimonium etiam qvoad vinculũ dissolvitur tam jure divino, quàm humano.
20. Quod Canonistæ non concedunt; quia matrimonium ipsis est sacramentum.
21. Excipiunt tamen duos casus.
22 A qvorum constitutionibus orthodoxi rectè recessere.
23. Jure civili plures leviculæ causæ divortii.
24. Sed duæ saltem nobis probatæ, adulterium & malitiosa desertio.
25. Ob nullum aliud crimen vinculum matrimonii inciditur.
26. Ob adulterium, sive simplex sive duplicatum, totaliter matrimonium dissolvitur.
27. Parti innocenti alteras nuptias contrahere licet.
28. Etiamsi partem nocentem pœniteat facti.
29. De parte nocente qvæsitum.
30. Pontifices & nonnulli ex Patribus absciſsè denegant ipsi matrimonium.
31. Alii novum conjugium ei permittunt.
32. Nobis placet media sententia.
33. Conditiones & cautiones ordine hîc observandæ.
34. Prima.
35. Secunda.
36. Tertia.
37. Qvarta.
38. Ampliationes doctrinæ de dissolvendo matrimonio propter adulterium.
39. Prima.
40. Secunda.
41. Tertia.

42. Quar-

42. *Quarta.*
43. *Quinta.*
44. *Non dissolvitur matrimonium propter adulterium (1) si pars innocens nocenti culpam remiserit.*
45. • *Quando & qvomodo hoc factum esse censeatur.*
46. (2) *Si in eodem luto uterque conjugum hæserit.*
47. • *Mutua enim delicta, mutuâ compensatione tolluntur.*
48. (3) *Si uxor per violentiam compressa fuerit.*
49. (4) *Si per errorem & inscienter adulterium fuerit commissum.*
50. (5) *Si maritus ipse uxorem adulterandam præbuerit.*
51. (6) *Si mulier putaverit maritum esse defunctum, & alteri nupserit.*
52. *Qvid hoc casu juris, si prior maritus redierit?*
53. *Solus conatus & attentatum adulterii non sufficit ad dissolvendum matrimonium.*
54. *Sed requiritur verus coitus & realis commixtio.*
55. *Quamvis emissio & immissio seminis facta non fuerit.*
56. *Nec dissolvitur matrimonium, etsi ob attentatum adulterii, maritus pœnâ extraordinariâ fustigationis aut perpetuæ relegationis afficitur.*
57. *Ratio hujus rei prima.*
58. *Secunda.*
59. *Tertia.*
60. *Quarta.*
61. *Conjuges, etiam in notorio adulterio, non possunt propriâ auctoritate ab invicem discedere.*
62. *Sola accusatio adulterii non sufficit, sed id probandum.*
63. *Si civiliter agatur leviores probationes admittuntur, qvàm si criminaliter.*
64. *Confessio propria sola non est sufficiens ad dirimendum matrimonium.*

65. Quando adulterium per se est notorium, divortium rectè conceditur.
66. Exempla adulterii notorii, primum.
67. Secundum.
68. Tertium.
69. Quartum.
70. Institutam adulterii accusationem nec pœnitentia partis nocentis, nec Principis adgratiatio impedire potest.
71. Reconciliatio tamen ante sententiam definitivam maximè est tentanda.
72. Tenor sententiæ, tam quoad dissolutionem, quàm reliqua annexa.
73. Tenor sententiæ quando utrique parti conceditur novum matrimonium.
74. Quid si facto jam divortio, postea reconciliati sibi fuerint conjuges, & redintegrationem quærant?
75. Novæ solennitates, præscitu judicis ecclesiastici, adhibendæ.
76. Parentum tamen consensum, de necessitate legis, non putamus requiri.
77. Idem observandum in casu divortii facti ob malitiosam desertionem.
78. Ita respondit Consistorium Lipsiense.

EXcussimus hactenus in præcedentibus dissolutionem sponsalium, & matrimonii saltem inchoati, restat adhuc, ut etiam modos dissolvendi matrimonii per copulam sacerdotalem, & conjugalem concubitum jam consummati, pertractemus. Ubi sciendum (1) matri-
1. monium hodierno jure dissolvi vel morte, vel inter vivos. Et de priori indubium morte solummodò naturali, & alterutro conjugum fato concedente, matrimonium dissolvi, morteqve subsecuta, superstiti conjugi post effluxum tempus Luctus, (nimirum annui quoad fœminas, & semestris

ſtris qvoad viros, licet quandoq; ex juſta & ſufficiente cauſa Magiſtrat9 Eccleſiaſticus ſuper hac prohibitione diſpenſare poſſit, vid. hic

L. 2. C. de ſecund. Nupt. Churfl. Sächſ. Eheord. *de anno 1624. punct. 5.* Gerhard. *de Conjug. §. 199. & ſeq.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Conſiſtor. tit. 9. def. 159. & ſeqq. & definit. 162. & ſeqq.* Brouw. *de jur. Connub. l. 2. c. 19. n. 19. & ſeqq.*)

ad ſecunda vota tranſire licere, tam de jure divino quam humano per 2.

text. *ad Roman. 7. verſ. 2. 3. 1. ad Corinth. 7. verſ. 39. l. 1. ff. de divort. & ea quæ trad.* Beza. *de Repud. & Divort. pag.* (*mihi*) *222. & ſeqq.* Gerhard. *d. loc. §. 198. & ſeqq.* Arniſ. *de jur. Connub. c. 5. ſect. 2.* Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 8. theor. 3.* Schrad. *ad tit. J. de Nupt. n. 15.* & Carpzov. *d. t. 9. def. 158.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 31. n. 1.* & Dd. comm.

Et quamvis olim de Jure civili etiam morte civili, maxima capitis diminutione, ſc. Captivitate, aliave quavis contingenti ſervitute, ſolutum fuerit matrimonium ceu apparet ex, 3.

l. 1. ff. de divort. l. 12. §. 1. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. & trad.

Weſenbec. *in parat. ff. de divort. n. 3. 4.* Colleg. Argentor. *ad d. t. th. 21.* Eckold. *in Compend. Pandect. tract. ad d. t. §. 7.* Kizel. *d. c. 8. th. 3. lit. d.*

Attamen prædictæ Leges ab Imp. Juſtiniano per Nov. 22. c. 7. & mores noſtros fuerunt ſublatæ, ita ut hodiè per mortem civilem, ſive illa vera Captivitate & exinde contingente ſervitute, (quæ in bello contra Turcas, Saracenos aliosque infideles, cum quibus nobis Chriſtianis, nec fœdus nec ſocietas, nec hoſpitium eſt, geſto, etiam num obtinet, atteſtant; 4.

Schneid.

Schneid. *ad tit. J. de Jure person. n. 10. & ad §. item ea quæ J. de Rer. divis. n. 2.* Alberic. Gentil. *de jur. belli l. 3. c. 9.* Arnis. *de Republ. l. 1. c. 3. sect. 5. n. 58. & sect. 7. n. 8.* Stam. *de servitut. personal. lib. 1. tit. 1. cap. 4.*)

5. sive Banno Imperiali legitimè inflicto, (Reichs-Bann oder Acht) vel etiam Excommunicatione majore (quæ pœna apud Pontificios omnium gravissima est, & banno Imperiali æquiparatur, secund.

Jacob Ayrer. *in process. Jur. p. 1. c. 5. obs. 3.* Speidel. *in observat. Histor. Politic. Juridic. in verb. Excommunicatio.*)

6. sive etiam per Damnationem ad Triremes, (wenn die Gefangene oder auch Delinquenten auff die Galeen geschmiedet werden) contingat, matrimonium nullo modo dirimatur, etiamsi nulla spes sit liberandi maritum ex captivitate, sed ob malum hoc superveniens simpliciter potius mors mariti vel uxoris expectanda sit, prout ita nobiscum sent.

Schneidew. *ad tit. J. de Nupt. p. 4. de divort. n. 49. ibique* Gothofr. *in not.* Gcil. *l. 2. de pac. publ. cap. 10. n. 17.* Arnis. *de Jur. Connub. c. 6. sect. 7. n. 14.* Stam. *d. lib. 1. tit. 3. c. 4.* Harpr. *ad §. sunt & aliæ u. n. 27. & seqq. Jur. de Nupt.*

7. Multò minus igitur hodiè matrimonium solvitur per deportationem & relegationem

l. 1. C. de Repud. l. 24. C. de donat. jur. vir. & uxor. Nov. 22. c. 13.

8. nec etiam per confinationem (quæ est pœna, ad quam ob delictum à confinandi potestate prædito per sententiam quis condemnatur, ne loco assignato procedat, (wann einer

9. in einer Stadt oder seinem eigenen Hause verstrickt wird / daß er daselbsten entweder ewiglich und auff seine Lebens-Zeit / oder auff gewisse Jahr verbleiben / und daraus bey gewisser Straffe nicht weichen

chen ſeſſe) cum hæc inſtar relegationis, nec libertatem, nec jus Civitatis auferat, atqve adeò confinatus, quæ juris tam gentium quam civilis ſunt, & hinc etiam jus matrimonii retineat.

vid. hîc Arniſ. *de Jur. Connub. c. 6. ſect. 7. n. 13.* Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 8. theor. 3. lit. e.* Brouwer. *de jur. Connub. l. 2. c. ult.* Dn. Ziegler. *in animadverſ. ad Inſtitut. Jur. Canon. lib. 3. tit. 2. §. 13.* Brunnem. *in Comment. ad l. 6. n. 10. ff. de divort.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſt.* Brunnem. *l. 2. c. 17. §. 29.*

Et in ſpecie de Confinatione,

l. 9. ff. de interdict. & releg. Whener. *in obſervat. pract. in verb.* Gefängniß. Hackmann. *in ſingul. tract. de Confinat. c. 2. n. 10. & ſeqq. & c. 11. n. 46. & ſeqq. & paſſ. d. tr.*

Qvoad diſſolutionem aut matromonii inter vivos monendum, hoc modo matrimonium potiſſimum dirimi Divor- 10.
tio, quod in ſtricta ſignificatione fieri ſolet inter Conjuges
tantum, & quidem (1) velplenè & propriè, qvando ipſum 11.
vinculum & ligamen, ipſeqve nexus matrimonii totaliter
diſſolvitur: Cujus hodiè modi præcipuè duo ſunt, nimi- 12.
rum (1) adulterium & (2) malitioſa deſertio, qvo & referenda pertinax debiti Conjugalis denegatio, tanquam ſpecies quædam prædicta, deſertionis, vel (2) impropriè & mi- 13.
nus plenè, quando ex juſta cauſa e. g. propter ſævitiam vel in perpetuum vel ad ſaltem tempus certum conjuges ſeparantur, qvoad thorum & menſam (zu Tiſch und zu Bett) ſub ſpe renovandæ concordiæ, ſalvo adhuc manente vinculo
Conjugali vel deniqve (3) fit itidem divortium impropriè 14.
iſtis caſibus, qvando matrimonium, contractum verè non diſſolvitur, ſed qvod anteà non conſtitit, à Judice pro nul-
lo declaratur, putà propter Impotentiam alterutrius Con- 15.
jugum matrimonium antecedentem, vel propter inceſtũ, 16.

in gradibus jure divino Levitic. 18. & 20. prohibitis com-
17. missum, vel ob errorem substantialem, si uxor ab alio ante Nuptias vitiata inveniatur &c. de quibus modis prolixius agunt Dd. passim

vid. Beust. *p. 2. de matrim. c. 8. & seqq.* Schrader. *ad tit. J. de Nupt. n. 147. & seqq.* Arnis. *de jur. Connub. c. 6. sect. 2.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 6. c. 15. n. 12. 13. 14.* Kizel. *in Synops. matrimon. c 8. theor. 4. lit. a.* Wesenbec. Colleg. Argentor. Eckoldt. *aliique* Dd. *ad tit. ff. de divort.* Brouwer. *in accurato tract. de Jur. Connub. l. 2. c. 29. & 31.* Lauterb. *in Compend. Jur. ad d. t. ff. pag. 726. & seqq.*

add.

Carpzov. *in definit. Ecclesiast. l. 2. tit. 11. def. 289. & seqq. & tit. 12. def. 210. & seqq.* Gerhard. *de Coniug. §. 595. & seqq. §. 611. & seqq. 623. 630. 636. & seqq. 658. & seqq.*

Porrò Divortium variè definitur, ut videre licet ex trad.

Alber. Gentil. *de Nupt. lib. 6. c. 1.* Kizel. *d. c. 8. thor. 2.* Harpr. *ad §. 11. n. 30. J. de Nupt.* Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de divort. th. 2. & 3.* Brouwer. *de jur. Connub. l. 2. c. ult. n. 2. & seqq.* Lauterb. *in Compend. jur. noviss. edit. ad d. t. ff. pag. 726.*

ubi pro cœteris nobis arridet definitio Lauterbachii d. L. tanqvam definito magis conveniens, qui divortium de-
„scribit, quod sit dissolutio vinculi matrimonialis inter con-
18. „juges adhuc viventes, ex justa causa, publica magistratus „authoritate facta. Quanquam aut tam de Jure divino quam humano, per verum & propriè sic dictum Divortium omnimodò matrimonium dirimatur, non tantum qvoad thorum & mensam, sed etiam qvoad vinculum seu substantiam conjugii, ita ut liceat iterare Nuptias cum alio, ceu apparet ex

Matth.

Matt.5.verſ.32.& c.19.verſ.9.l.3.ff. de divort. aliisque jur. noſtri textib.

& trad.

Bezæ *de divort. pag.(mihi)* 228. & *mult. ſeqq.* Beuſt. *de jur. connub. p. 2. c. 24.* Schneid. *in tit. J. de Nupt. ſub rubr. de divort. n. 35. & ſeqq.* Arnil. *de jur. connub. c. 6. ſect. 2.* Kizel. *in Synopſ. matrimon. c. 8. theor. 10.* Rittershuſ. *l. 2. different.* jur. *Civil. & Canon. c. 8.* Gerhard. *de Conjugio §. 561. 563. 564. & mult. ſeqq. uſque ad §. 580.* (ubi af„firmativam, ſc. quod matrimonium fidelium conſummatum, diſſolubile ſit, qvoad vinculum (1) ex manifeſtis Scripturæ dictis (2) rationum momentis, (3) Conciliorum decretis (4) Impp. Reſcriptis nec non (5) Patrum ſententiis, & denique (6) ex ipſorum Pontificiorum adverſariorum ſuffragiis late probat.)

add.

Carpz. *in pract. Crimin. p. 2. q. 63. n. 23. & ſeqq.* Harpr. *ad §. ſunt & aliæ.11. n. 74. & ſeqq. J. de Nupt.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 3. tit. 5.* Dn. Scherzer. *p. m. in Syſtem. Theolog. loc. 27. §. 8.*

Jus tamen Canonicum ſ. Pontificium ejuſmodi totalem conjugii diſſolutionem, neqve ob adulterium, neqve ob 20.
malitioſam deſertionem admittit, ſed illo jure Exceptis ſaltem duobus caſibus in c. 7. x. de divort. & c. 7. x. de converſ. 21.
conjug. expreſſis, (putà qvando alter Conjugum mundo moritur ſ monaſterium ingreditur, vel ex duobus infidelibus, alter Conjugum ad fidem converſus, deſeritur ab infideli, quibus caſibus matrimonium ratum, nondum conſummatum, qvoad vinculum ſolvitur vid. Brouwer *de jur. Connub. l. 2. c. 32. & Dd. infrà cit.*) in reliqvis ex falſo hoc præſuppoſito, quaſi matrimonium Sacramentum ſit Novi fœderis aliisqve rationibus ſatis futilibus, divortium tantum-

modò inducit separationem corporum, thori & mensæ, seu consuetudinem, convictum & cohabitationem Conjugalem dirimit; Ipsam vero matrimonii substantiam salvam relinqvit, ut proindè neuter Conjugum, sive causam divortio dederit, sive non, sive nocens sit sive innocens, possit ad secunda vota convolare, quamdiu alter Conjugum priorum vivit, sed eo demum mortuo, prout eluc. ex

can. 2. caus. 32. q. 7. c. quod Deus 32. q. 2. c. l. 2. & c. 7. x. de divort. Concil. Trident. *sess. 22. can. 7. & 10. de sacram. matrim.*

& plurib. deduc. post

Panormit. *ad d. c. 2. & 7. x. de divort.* Covarruv. *p. 2. de matrim. c. 7. §. 6. n. 23.* Fariñac. *l. 4. prax. Crimin. q. 143. n. 33. item 157. 158. & seqq.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 2.* Canis. *in comment. ad rubr. & c. 7. x. de divort.* Zoes. *in comment. ad d. tit. n. 2. & seqq.* aliique Pontificii ac Canonistæ.

qvorum argumenta jamdudum sufficienter diluerunt.

Beza *d. tract. pag. 229. & seqq.* Alberic. Gentil. *de Nupt. lib. 6. c. 7. 8. 9.* Gerhard. *d. loc.* §. 565. & seqq. & 581. & seqq. Harpr. *ad d. §. 11. n. 38 & seqq. J. de Nupt.* Carpzov. *in pract. Crim. d. q. 63. n. 32. & seqq.* Rittershus. *secund. l. 2. differ. jur. civil. & Canon. c. 8. & 14.* Arnis. & Havem. *dd. loc.*

Optimo igitur jure hodiè Reformatæ & orthodoxæ Eccle-
22. siæ recesserunt à Constitutionibus illis Pontificiis absurdis, & repudiato commentitio divortio thori & mensæ, redierunt ad verum divortium, quo tam de jure divino, quam civili, si civiliter de crimine adulterii agitur, tentata tamen ante omnia reconciliatione inter conjuges, eaqve non obtenta, omnino dirimitur matrimonium, & parti innocenti, alteræ Nuptiæ, etiam vivente adhuc parte nocente, permit-

mittuntur, teste quotidiana Experientia,

v. Rittershus. *de tract. l. 2. c. 8. & 14.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 24. & 25.* Kizel. *d. c. 8. theor. 10.* Schrader. *addit. J. de Nupt. p. 2. n. 155.* Gerhard. Arnis. Hav. *ad loc.*

Et licet de jure civili, præter adulterium, adhuc variæ & multiplices referantur divortii causæ, in, 23.

L. consensu 8. §. 2. C. de Repud. Nov. 22. c. 14. & 15. Nov. 117. c. 8. & seqq.

quas speciatim recensent & pertractant,

Beza *de Repud. & Divort. pag. (mihi) 339. & seqq.* Rittershus. *in Exposit. Novell. p. 4. c. 8.* Perez. *in Comment. ad d. t. C. de Repud.* Colleg. Argentor. *ad d. t. ff. de divort. th. 5. 6.* Brouwer. *de jur. Connub. l. 2. c. 31.*

& divortia apud Romanos crebrò & ob levissimas causas fuerunt facta, ut latius deduc.

Brouwer. *d. c. n. 8.*

Hodiè tamen in foro Christiano nostrisq; Ecclesiis solummodo duæ causæ sunt receptæ, nimirum Adulteriū & Malitiosa desertio, & præter hasce nullum aliud delictum, ab alterutro Conjugum commissum, & hinc neque furtum, neque homicidium, neque plagium, aliudve crimen, qvod matrimonii substantiæ non repugnat, sufficiens causa est, ut matrimonii vinculum intercidatur, prout rectè sent.

24.

25.

Kizel. *in Synops. matrimon. c. 8. theor. 3. lit. g.* Carpzov. *in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 11. def. 203. & 204. n. 1. 2.* Brouwer. *d. lib. 2. c. ult. n. 22.* Dn. Schilter. *l. 2. Institut. Jur. Canon. t. 12. §. 3. & seqq.*

Quod igitur attinet Adulterium, quoad hoc certum est, matrimonium per adulterium sive illud sit simplex, sive duplicatum, (Oberhurerey) sive commissum fuerit â marito, sive ab uxore, totaliter, & sic non tantum quoad thorum & mensam, sed etiam qvoad ipsum vinculum & substanti- 26.

am matrimonij & carnis unitatem secundum saniorem Dd. suprà allegator. sententiam dissolvi, tam de jure divino,

Matth. 5. vers. 32. & c. 19. v. 9. Marc. 10. vers. 11. 12.

quam civili,

L. consensu 8. C. de Repud. Nov. 22. c. 15. Nov. 117. c. 8. & 9.

ita ut Conjugio ex hac causa dissoluto, parti innocenti, re-
27. conciliationem inter Conjuges â Judice tentatam prorsus recusanti, si se continere & extra matrimonium castè vivere posse neget, (woferne er ohne gefahr und verletzung seines gewissens ausser den Ehstand nicht bleiben kan/) etiam vivente adhuc adultero vel adultera, Nuptias cum alia persona contrahere liceat, & innocens persona invita no-
28. centem, posteà licet pœnitentem, recipere non teneatur, ut plurib. deduc. ex theolog.

Beza *de repud. & divort. pag. (mihi)* 228. *& seq. & pag.* 249. *& seq.* Gerhard. *de Conjug.* §. 611. *& seqq* §. 617. *& seq.* Dedekenn. *in Consil. Theolog. vol. 3. lib. 4. sect. 4.* Dn. Scherzer. *p. m. in Systęm. Theolog. loc. 26.* §. 18. *pag.* 833. *& seqq.*

Ex JCtis v.

Beust. *p. 2. de matrimon. c. 16. 20. 23. 24. 25.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 6. c. 7. 8. 9. 10.* Rittershus. *in Exposit. Novell. p. 4. c. 9. n. 4.* Arnis. *de jur. Connub. c. 6. sect. 2. n. 8. & seqq.* Carpzov. *in pract. crim. p. 2. q. 63. & in defin. Ecclesiast. l. 2. tit. 11. def. 189. & seq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 3. tit. 6. per tot.* Brouwer. *de Jur. Connub. lib. 2. c. 18. n. 1. 2. & seqq.* Dn. Ziegler. *ad Lancellot. l. 2. tit. 12.* §. *8. tit. 13.* §. *14 & tit. 16.* §. *9.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17.* §. *16. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* aliique Dd. pass.

29. De Persona nocente hîc disquirunt Dd. an & illi concedi pos-

possit novum matrimonium? Et quamvis Jus Pontificium & Canonistæ parti nocenti præcisè Nuptias denegent, tam vivente adhuc læsa parte, qvam post mortem quoque 30.
innocentis Conjugis, eamque sententiam multi ex patribus, & inter eos Augustinus comprobarint, ut videre licet *ex c. 4. verb. vivo viro c. 22. q. 7. c. 12. x. de præsumt. nec non* ex trad

Schneidew. *ad tit. J. de Nupt. p. 4. n. 32.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 25. §. sed hic quæri potest &c.* Gerhard. *de Conjug. §. 622.* Haveman. *d. tr. lib. 3. t. 6. pag. 407. & seqq.* Brouwer. *d. l. 2. c. 18. n. 8. & seqq.*

Alii vero & ex iis, 31.

Beza *de divort. pag. (mihi) 169.* Beust. *d. l.* Wesenbec. *in parat. ff. de divort. & repud. n. 11.*

affirmativam tueantur, & novum conjugium permittant, quorum argumenta refert

Gerhard. Havem. & Brouwer. *in loc. modò alleg.*

Nobis tamen placet media sententia tam theologorum 32.
quam JCtorum, qui statuunt, isto casu, & qvando vel ob negligentiam magistratus capitis pœnam evasit adulter, vel præscriptio adulterii intervenit, vel ex speciali ratione ac sufficiente causa Princeps mortis supplicium remittit, nec temerè autem citò personæ nocenti, novas nuptias permitti, neque absolutè & simpliciter denegari debere, ac proindè quandoque etiam Adultero vel Adultera, novum cõjugium concedi posse, sed sub certis saltem conditionibus, 33.
& hoc ordine observato; Nimirum ut (1) ante omnia re- 34.
conciliatio tentetur, & si spes aliqua superest, reconciliationis, & pars innocens adhuc extra Conjugium vivit, nocenti ad secunda vota transire non concedatur. (2) ut se- 35.
ria fiat admonitio ad perpetuum Cœlibatum servandum, illaque locum non habente, & si nocens se continere neque-

at,

36. at, tandem (3) prævia Consistorii sive Magistratus Ecclesi-
37. astici authoritate ac speciali concessione, & qvidem (4) non confestim, sed post temporis aliqvod intervallum, evitandi majoris mali & liberandæ conscientiæ ergò, nocenti personæ alterius matrimonii facultas, ea lege eave conditione permittatur, ut in alio quam commissi adulterii loco novas Nuptias contrahat, & ad evitandum scandalum domicilium & sedem fortunarum penitus mutet, eòqve se conferat, ubi nec ipse, nec ejus turpitudo innotuit, vel saltem mulctam luat pecuniariam, Atqve hanc sententiam defend.

post B. Luther. *in libr. de vita Conjug. tom. 2. Jenens. German. fol. 166.* Beust. *de jur. Connub. p. 2. cap. 25.* Gerhard. *d. l. §. 622.* Kizel. *in Synops. matrim. d. c. 8. theor. 10. lit. e.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 11. def. 191.* Havem. *d. tit. 6. pag. 408. & seq.* Brouwer. *d. c. 18. n. 9. pag. 512. & seq.*

Conf.

Rittershus. *in Exposit. Novell. p. 4. c. 9. n. 5.* Colleg. Argentor. *ad d. t. ff. de Divort. th. 8.* Lauterb. *in Compend. Jur. ad d. t. pag. 728.*

38. Et hæc Conclusio de Conjugio ob Adulterium dissolven-
39. do suprà n. 24. tradita, ampliatur ut procedat (1) etiamsi
40. maritus cum publico sic orto rem habuerit, vel (2) uxor à marito deserta, aut domo sua expulsa adulterium per-
41. petraverit, vel (3) propter necessitatem famis, vel quia maritus ipsi alimenta aliaqve necessaria denegavit, vel ejus vitæ insidias struxit, vel debitum maritale denegavit, aut
42. (4) uxor sævitia mariti mota adulterium commiserit, cum omnibus hisce casibus nihil intersit, quacunque de causa vel occasione adulterium committatur,

per c. 4. & 5. x. de divort. l. 43. §. 5. ff. de Ritu Nuptiar. Canis.

nis. *in comment. ad c. 2. n. 5. x. de divort.* Schrad *in comment. ad tit. J. de Nupt. n. 148.* Farinac. *l. 4. oper. criminal. t. 16. q. 143. n. 12.* Kizel. *d. c. 8. theor. 4. lit. d.* Brouwer. *d. l. 2. cap. ult. n. 11.* Brunnem *de Jur. Ecclesiast. l. 2. tit. 17. §. 18. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

(5) Ampl. ut etiam ob Sodomiam viri & uxoris, tam activam quam passivam, conjugium dirimatur, sive illa cum homine, (fœmina aut masculo) sive cum brutis animantibus fuerit commissa, 43.

arg. *c. cum meretrices in fin. 11. caus. 32. q. 4.* Farinac. *l. 4. Oper. crimin. tit. 16. q. 143. n. 83. & seqq.* Jul. Clar. *l. 5. §. Sodomiam. 7. (ubi hanc sententiam dicit esse communem.)* Schrader. *d. n. 148.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 4.* Kizel. *in Synops. matrimon. c. 8. theor. 4. lit. 1.*

qvò etiam referendus Concubitus Veneficorum & Sagarum cum Dœmone, qvem itidem, si venefici ac Lamiæ pœnam mortis evadant, matrimonium dissolvere, omni dubio caret. consent.

Carpzov. *p. 4. const. 2. def. 4.*

Fallit vero prædicta conclusio & quandoqve matrimonium nec propter adulterium dissolvitur (1) si post cognitum Adulterium Conjux innocens Conjugi nocenti culpam remiserit, eamqve in gratiam receperit, nimirum si ante latam divortii sententiam innocens persona cum nocente reconcilietur (wann Mann und Weib wiederumb mit einander versöhnet werden) & nocenti culpa remittatur vel expresse & verbis (putà per expressam declarationem, qvâ semel facta conjugi innocenti, postea voluntatem suam mutare non permittitur, 44. 45.

l. si unus §. partus ne poterat ff. de pact. l. quamvis C. de transact. l. qvod semel ff. de reg. Jur.

vel tacitè & ipso facto, veluti si pars innocens nocentem

 in-

in consortio suo retineat, eique aliqvandiu cohabitet, vel conjugem suam appellitet, aut eidem munera mittat, vel basiis, osculis & amplexibus excipiat, vel post adulterium perpetratum, cum eodem prudens ac sciens, sponte iterum rem habeat, (wann ein Ehegatt umb des andern Ehbruch Wissenschaft träget/und dennoch hernacher demselben ehelich beywohnet/ und mit ihme das eheliche Werck pfleget)

c. 17. caus. 13. q. 7. gloss. in c. fin. x. de adulter. l. 13. §. fin. l. 25. §. si negaverit ff. ad L. Jul. de Adulter. l. crimen C. *eod. tit.* Beust. *p. 2. de matrim. q. 23.* Schrader. *ad tit. J. de Nupt. n. 158. & seq.* Sanchez. *de matrim. d. lib. 10 disp. 5. n. 19. & seqq. & disp. 14.* Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 6. c. 12.* Farinac. *d. q. 143. tit. 26. n. 68. & seqq.* Rittershus. *in Exposit. Novell. p. 4. c. 10. n. 10.* Kizel. *d. c. 8. theor. 8. lit. d. e.* Dn. Ziegler. *in animadvers. ad Instit.* Jur. *Canon.* Lancell. *l. 2. tit. 11. §. 8. & tit. 13. §. 14.* Brouwer. *de jur. Connub. d. lib. 2. cap. ult. n. 13.* Lauterb. *in Compend. jur. ad tit. ff. de divort. pag. 727.*

confer.

Moller. *in comment. ad Constit. Saxon. p. 4. const. 19. n. 12. & seqq.* Berlich. *p. 4. concl. 27. n. 95. & seqq. 103. & seqq.* Carpzov. *in pract. Crimin. p. 2. q. 55. n. 40. & seqq.*

ubi tamen semper veram & perfectam scientiam adulterii commissi reqvirunt Dd. Si enim Conjux innocens ignorantiam prætendat illamque juratò obtineat, illo casu fallentiam suprà traditam, locum non invenire; sed probato adulterio dissolutionem omnino concedi debere putamus.

vid. Sanchez. *d. tr. lib. 10. tit. de divort. disp. 14. n. 5. & seq.* Farinac. *lib. 4. Oper. crimin. q. 142. tit. 16. n. 78.* Nicol. Reusner. *lib. 4. decis. 5. n. 106. & seq.* Carpzov. *in pract. crim. d. q. 55. n. 46. 47. & in Jurispr. Consistor. d. l. 2. t. 11. def. 198.*

(2) fall.

(2) fall. si uterqve Conjux in eodem luto hæserit, & adulterium aliudve carnis delictum notoriè commiserit, 46.

c. 6. c. 7. x. de Adulter. c. 1. caus. 32. q. 6.

cum paria delicta, qvoad interesse partis & si civiliter agatur, mutua compensatione tollantur, 47.

l. 39. ff. solut. matrim. l. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adulter.

ubi nihil interest, sive delicta eodem tempore, sive diversis temporibus sint commissa, modò hæc Exceptio compensationis, (sc. delicti cum delicto,) re adhuc integra, ante latam sententiam ad minimum opponatur

vid. *d. L. si uxor. 13 §. 5. ff. ad L. Jul. de Adulter. c. ecce 32. quæst. 6.* Beust. *d. c. 23. §. primus casus &c.* (ubi subdit quod per hoc Judici non adimatur potestas puniendi Reos) Rittershus. *in Expos. Novell. d. p. 4. c. 10. n. 10. & seqq.* Farinac. *d. lib. 4. tit. 16. q. 142. n. 43. & q. 143. n. 69. & seqq.* Schrader. *ad d. tit. n. 148.* Sanchez. *d. lib. 10. disp. 5. & disp. 6.* Kizel. *d. cap. theor. 8. lit. G. H. I.* Alber. Gentil. *d. l. 6. c. 12.* Brouwer. *d. l.* Lauterb. *d. l. pag. 727.*

(3) fall. si uxor ab hostibus capta, vel alio modo per vim & absolutam violentiam, vel etiam justissimum metum præsentis mortis, compressa fuit, (wenn sie wieder ihren Willen genothzüchtiget werden) quæ ab omni accusatione adulterii, tam civiliter quam criminaliter intentata excusatur; abest enim hoc casu dolus, & assensus sine qvo adulterium non committitur, 48.

l. 13. §. 7. l. 39. ff. ad. L. Jul. de Adult. l. 20. c. eod. tit. c. 9. caus. 32. q. 5. Schrad. *ad d. t. J. de Nupt. p. 2. n. 148.* Rittershus. *d. c. 10. n. 7.* Cypr. *de jur. Connub. p. 1. de sponsal. c. 13. §. 47.* Sanchez. *d. disp. 5. n. 13. 14. 15. 16.* (*ubi hanc fallent. locum habere scribit, etiamsi uxor. causam violentiæ dedisset, simulque disqvirit, an solus metus cadens in con-*

stantem fœminam sufficiat) Alberic. Gentil. *d. l.* Kizel. *d. c. 8. theor. 9. lit. c.* Brouwer. *d. c. ult. n. 13.* Lauterb. *d. l. pag. 726.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. tit. 6. n. 7.*

49. (4) fall. si uxor dolosè & latenter, fortè de nocte, ab alio sub mariti specie cognoscatur, illaque inscia & ex errore cum alio viro rem habeat, quem credebat esse proprium maritum, vel vir per errorem, cum aliena tanquam sua Conjuge, concubuerit, (ejusmodi fallaciæ Exempla refert Beustius, Kizel. & Brouwer. in loc. mox citand.)

arg. *c. in lectum caus. 34. q. 1. l. 11. §. 12. ff. ad L. Jul. de adult. l. 7. C. de repud.*

super qvo passu credendum juratæ assertioni conjugis h. m. decepti, habito respectu ad honestatem ejus, & alias probabiles conjecturas, prout stat.

Hostiens. *in summa tit. x. de divort. n. 8.* Schneidew. *ad tit. J. de Nupt. p. 4. n. 30.* Schrad. *ad d. 1. n. 148.* Beust. *d. c. 23.* Sanchez. *d. lib. 10. disp. 5. n. 17.* Rittershus. *d. c. 10. n. 6.* Alber. Gentil. *d. c. 12.* Kizel. *d. theor. lit. d.* Brouwer. & Lauterb. *suprà allegat. loc.* Havem. *d. l.*

vid. etiam de hac re eleg. Commentarius Joan. Corasii *in Arrestum tholosan.*

50. (5) fall. si maritus Leno ipsemet uxorem adulterandam præbeat, aut uxori autor extiterit committendi adulterii, vel uxorem adulterari viderit, & cum posset, non prohibuerit, vel tacuerit

cap. 6. discretionem 6. §. quod si forsitan x. de eo qui cognov. consang. uxor. suæ T. 47. ff. de solut. l. 2. §. si publico ff. ad L. Jul. de Adulter.

qvæ doctrina procedit, sive uxor sciens & consentiens, sive invita fuerit prostituta, quamvis in præsenti casu, adversus utrumqve conjugem, Magistratui sua pœna maneat

at integra; maximè si uxor volens ac consentiens, & non invita, prostituatur, quò fac.

d. c. 6. x. d. t. c. 5. x. de his quæ vi metusve causa fiunt, & can. 3. caus. 32. q. 5.

Consul. de prædict. fallent.

Hostiens. Schneid. Beust. Schrad. *dd. loc.* Sanchez. *d. disp. 5. n. 2. 3. 4. 5. 6.* - Rittershus. *d. c. n. 5.* Alber. Gentil. *d. c. 12.* Farinac. *d. lib. 4. tit. 16. q 143. n. 25. & seqq.* Kizel. *in Synops. matrimon. d. c. 8. theor. 9. lit. A.* Brouwer. & Lauterb. *dd. loc.* Havem. *d. t. 6. n. 7.*

(6) fall. si mulier perlato rumore ad ipsam, maritum esse defunctum, vel credens maritum suum, per multos annos absentem, & in captivitate aut expeditione commorantem obiisse, & hoc probabiliter & verisimiliter, vel ex fama, vel ex aliis indiciis, aut etiam testibus juratis de morte mariti deponentibus, docuerit, & ex permissione Ecclesiæ nupserit alteri, quo casu priori marito reverso, rejecto erroneo tali marito matrimonium inter priores Conjuges redintegrandum est, modò alter Conjux priori Conjugi cohabitare velit, aliàs si recuset, secundum matrimonium tandem tolerandum est 51. 52.

v. c. cum per bellicam 1. & c. si virgo 5. caus. 34. q. 1. & 2. cap. Dominus x. de secund. Nupt. Nov. 117. c. 11. & Nov. Leon. 33. Schneidew. Beust. Schrader. & Alber. Gentil. *suprà alleg. loc.* Rittershus. *in Exposit. Novell. d. p. 4. c. 10. n. 8.* Farinac. *d. lib. 4. q. 140. n. 42. & seqq.* Cypr. *de jur. con. nub. p. 1 de sponsal. c. 13. §. 71.* Kizel. *d. theor. 9. lit. c.* Brouwer. *d. c. ult. n. 13.*

confer.

Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 20.*

Et quamvis ibidem Dn. Stryk. in addit. statuat, qvod maritus reversus etiam invitus recipere teneatur uxorem, si

illa mox nuncio de vita prioris mariti accepto, abstinuerit â posterioris copula: Contraria tamen sententia nobis magis præferenda videtur, Cum enim per affectatas secundas Nuptias semel jam sit violata pudicitia Uxoris, fidesque conjugalis marito absenti antehac data, rupta, & hinc per copulam cum alio viro factam dissolutum matrimonium, ac error & ignorantia ab Uxore prætensa ipsam excusare nequeat, consequens est maritum reversum, sine sua culpa ab alio subactam & corruptam mulierem, præter suam voluntatem, cum summo dedecore & opprobrio in matrimonio retinere non teneri.

Illud aut. hîc singulariter notandum, quod in hac ma-
53. teria dissolutionis matrimonii, & totalis Divortii, solus Conatus & Attentatum adulterii non sufficiat, sed præcisè requiratur consummatio delicti, per verum coitum & rea-
54. lem commixtionem, utque fiat carnis unitas secundum ordinarium naturæ ductum, quamvis ex parte viri effusio seminis, ejusdemque immissio in vas muliebre, non semper necessaria videatur, cum negari nequeat, adulterium potissimum æstimari ex violatione Thori ac fidei conjugalis, veluti rectè sent.

Carpzov. *in pract. Crimin. p. 2. q. 52. n. 48. & seqq.* illam autem non minus per illicitum concubitum realem & naturalem, absque effusione & immissione seminis, (utpote, quæ nonnunquam per vitium naturæ aliudve accidens impediri potest,) quam illa interveniente induci, &
55. utroque modo fidem conjugalem frangi. Proindè concubitu vero & reali legitimè probato, etiamsi ille absque seminis effusione fuerit peractus, uxori innocenti divortium nihilominus concedi debere, salvo cujusvis rectius sentientis Judicio, verius arbitramur.

Et hæc conclusio nostra de divortio ob attentatum adul-

adulterii, concubitu reali nondum subsecuto denegando, 56.
supra formata, etiam isto casu obtinet, quando maritus ob ejusmodi delictum pœna extraordinaria, e. g. fustigationis & perpetuæ relegationis, vel hac posteriori solum, (de temporali enim minus dubium) afficitur. Certum enim est (1) per prædictas pœnas, easque præcedentia delicta, 57.
(extra edulterium perfectum,) matrimonium jam omni ex parte consummatum non dissolvi; neqve (2) illas inter 58.
modos dissolutionis Conjugii in jure nostro referri; quod igitur lege non cavetur, in practica non habetur

secund. Hartm. Pistor. *l. 2. q. 13. n. 76.*

& cum (3) neqve per Bannum Imperiale, matrimonium 59.
dirimatur, ut supr. p. 2. hujus Tractat. h. c. 1. n 5. fuit deductum, multò minus per relegationem simplicem illud fieri poterit, desumto argumento à majori ad minus, quod in jure est fortissimum, test.

Everhard. *in Loc. Topic. loco à majori 16. n. 1. & seqq.*

Et licet (4) per relegationem perpetuam utriqve Conjugi 60.
cohabitatio usqve ad mortem alterutrius Conjugum jam fuerit abscissa illa tamen pœna civilis, Ecclesiasticam, divortium sc. & totalem Conjugii dissolutionem secum non trahit, nec ab una ad alteram firmum argumentum ducere licet. In tali igitur casu uxor vel maritum relegatum seqvi, si velit, (cogi enim nequit, secundum veriorem Heigii aliorumqve Dd. sententiam supr. â nobis defensam) aut secundo Conjugio, vivente adhuc marito relegato abstinere, & innupta manere tenetur.

conf. Kizel. *in Synops. matrimon. c. 8. theor. 4. lit. f. & g.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 691.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 3. t. 7.*

Porrò observandum hic (1) quod in adulterio etiam notorio conjugibus indistinctè sit prohibitum, propria authorita-

ritate ab invicem discedere, & divortium facere, sed tota Adulterii causa, coram Judiciis Ecclesiasticis, s. Consistoriis, prævia sufficiente causæ cognitione tractari, ac in iisdem conjugium per sententiam dissolvi debeat,

l. unic. C. ne quis in sua causa judic.

veluti plurib. deduc.

Brouwer. *de jur. Connub. l. 2. c. ult. n. 5.*

Consent.

Gerhard. *in loc de Conjug.* §. 370. Brunnem. *de jur. Eccles. l. 2. c. 12.* §. 19. Carpzov. *in practic. Crimin. p. 2. q. 57. n. 16. & in defin. Ecclesiast. lib. 2. tit. 12. def. 207. 211, & 222.*

(2) observ. solam accusationem, & inculpationem (quam,
62. si civiliter ad divortium agitur, etiam post qvinqvennium locum invenire stat. Dd.

Farinac. *in prax. Crimin. q. 10. n. 20.* Sanchez. *d. tr. lib. 10. disp. 3. n. 9.* Brunnem. *de Jure Ecclesiast. l. 2. c. 17. n. 21.*)

Adulterium ab uno alterove fuisse commissum non sufficere, sed etiam illam legitimè & verè probari & probationes concludentes & â jure receptas esse debere. Ad qvam tamen probationem in hac actione civili ad separationem
63. & amissionem lucrorum Nuptialium, leviores probationes quam in accusatione adulterii criminali sufficiunt, nimirum (1) vehemens & violenta præsumtio atqve Conjectura, (2) confessio alterius Conjugis vera, libera, præmeditata & judicialis, modò simul aliæ graves conjecturæ &
64. indubitata indicia concurrant; Aliàs enim ob solam confessionem partis peccantis, non concurrentibus aliis indiciis, non statim dirimendum est matrimonium, per

cap. super eo 5. x. de eo qvi cognov. &c.

vid. de hac materia probationis Adulterii,

Fa-

Farinac. *in prax. crim. q. 136. cap. 1. 2. 4. 5.* Thom. Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 12. n. 39. & seqq.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 59. & seqq.* Menoch. *de præsumt. l. 5. præsumt. 4. ubi n. 26. & seqq. osculum impudicum absq; aliis præsumtionibus legitimam conjecturam commissi adulterii non facere, statuit)* Zanger. *de quæstion. & Tortur. c. 2. n. 207. & seqq.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor 5. lit. a. b. & cap. 10. theor. 19.* Carpzov. *in pract. criminal. p. 3. q. 122. n. 70. & seqq.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. lib. 2. c. 17. n. 22. aliique* Dn. Stryck. *in addit.* Canis. *in comment. ad d. c. super eo. x. d. t.*

Qvod si vero Adulterium per se sit adeò notorium, ut nulla tergiversatione celari possit, nullusqve inficiationi sit locus, v. g. si (1) uxor adultera publicè commoretur cum adultero, vel maritus concubinas alat; vel qvando (2) adulterium est facti permanentis, putà si uxor postquam recessit à viro, sobolem ex alio viro procreavit (de qvo casu tractat. in 65. 66. 67.

c. significasti x. de divort.)

aut maritus (3) benè sciat se ab anno propter absentiam 68.
vel alia de causa impeditum, uxorem non cognovisse carnaliter, & tamen post reditum & cessante impedimento, inveniat eam prægnantem, vel infantem natum, vel anniculum in domo sua, prout loquitur JCtus

in l. filius 6. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt.

Vel si (4) Conjux rediens reperiat Conjugem in publico 69.
lupanari prostitutam; vel si (5) uxor absente marito alteri nubat, & de Nuptiis istis certò constet. Hisce casibus prævia summaria causæ cognitione, absque ulteriori probatione, ad instantiam innocentis partis divortium benè concedi posse, trad. Dd. passim, & ex iis,

Dd Fa-

Farinac. *d. tr. quæst. 136. n. 200. & q. 143. n. 57. & seqq.* Menoch. *de præsumt. l. 5. præsumt. 4. n. 56.* Thom. Sanchez. *d. disp. 12. n. 13.* Kizel. *d. c. 8. theor. 5. lit. b.* Canis. *in comment. ad d. c. 4. x. de divort.*

confer.

Carpzov. *l. 3. Jurispr. Consistor. tit. 5. def. 69.*

70. Illud tamen hîc expeditum est, instituta jam adulterii accusatione, (quam nec partis nocentis pœnitentiam, neque Principis adgrationem adulteræ factam impedire posse trad.

Brunnem. *de Jure Ecclesiastico l. 2. c. 17. n. 23. per c. pen. x. de adulter.*)

& delicto conjugis legitimè probato, priusquam ad sententiam definitivam & dissolutionem procedatur, ante o-
71. mnia Reconciliationem inter Conjuges omni diligentia adhibita esse tentandam, illaque â parte innocente recusata, tum demum dissolutionem matrimonii & vinculi Conjugalis institui debere, teste observantia. Absoluto igitur processu adulterii, civiliter instituto, tandem sententia definitiva fertur, hisce formalibus:

72. Dieweil Klägerin dem Beklagten die an ihr durch Ehebruch begangene Untreu zu verzeihen sich geweigert / so ist der zwischen beyden Per onen hiebevorn geschlossene Ehebund nunmehro vor auffgelöset und getrennet zu halten / in massen wir ihn dafür erklären / und Klägerin als dem unschuldigen Theil / in andere wege sich Christlich zu verehlichen verstatten und nachlassen. Et annectuntur in casu illatæ dotis, & paraphernalium ad maritum apportatorum, vel etiam extantis sobolis, seqq. verba: Es ist aber Beklagter der Klägerin ihr eingebrachtes Guth nunmehro wiederumb zuzustellen schuldig / und wird dem in stehender Ehe erzeugten Kinde sein succession-Recht an dem Väterlichen künfftigen Erbfall nicht unbillich vorbehalten.

Qvan-

Quandoque etiam Parti nocenti, concurrentibus, conditionibus suprà h. c. n. 29. à nobis relatis, novum matrimonium conceditur, præmissis præmittendis h. m.

Gestallt wir ihn (vel Sie) darfür hiermit erklären und gestalten
Sachen nach beyden Theilen/ sich in andere wege Christlichen zu verehe- 73.
lichen verstatten und nachlassen.

Ex iis igitur, quæ hactenus deduximus, satis liquet, per Adulterium vinculum Conjugale verè & totaliter rumpi, atque parti innocenti, (nonnunqvam etiam nocenti) dissoluto per sententiam Conjugio, cum alia persona Nuptias
contrahere licere. Sed qvid dicendum, si facto jam divor- 74.
tio, & conjugio per sententiam diremto, postea reconciliati, sibi invicem fuerint Conjuges separati, & conjugii redintegrationem quærant, & an etiam isto casu, novæ illæque adhibendæ sint solennitates, quæ in omni matrimoni-
o contrahendo requiruntur. Affirmativam defend. & 75.
non nisi repetitis Nuptiarum solennitatibus, justum revivíscere matrimonium stat.

Groeneweg. *in tr. de Legib. abrogat. ad d. l. 2. C. de Nupt.* & Brouwer. *de jur. Connub. l. 2. c. 18. n. 11.*

quibus calculum nostrum meritò addimus, & in tali casu, (raro quidem contingente,) ad Judicem Ecclesiasticum totam rem deferendam, reconciliationem ipsi notificandam, ac licentiam de novo contrahendi vel redintegrandi matrimonium impetrandam esse, & tum demum, prævia tamen & reiterata trina denunciatione, simulque præstito juramento ab utraque parte, fidem conjugalem anteà nemini datam esse (daß sie zu vorhero sich mit niemanden ehelichen versprochen) nec non benedictione sacerdotali, novum matrimonium locum invenire putamus: quamvis non in-
ficiar, in præsenti casu matrimonii redintegrati, novum 76.

parentum consensum, de necessitate legis non requiri, vel. plurib. deduc.

Brouwer. *d. tr. lib. 1. c. 16. n. 5. 6. & seqq. & l. 2. c. 18. n. 11.* conf.

Moller. *ad Constit. Elector Sax. p. 2. c. 10. n. 7. 8.*

77. Idem statuendũ de altero modo totalis dissolutionis matrimonii, malitiosa sc. desertione, nimirum etiam quoad illam eundem processum, quem in præcedentibus definivimus, observari & taliter separatis absque solennitatibus modò recensitis novum matrimoniũ concedi non deberi, prout

78. in hoc ultimo casu nuperrimè in Consistorio Lipsiensi decisum fuisse novimus.

CAP.

CAP. II.

De malitiosâ desertione, & denegatione debiti conjugalis.

SUMMARIA.

1. Malitiosa desertio est justa causa divortii.
2. Tam de jure humano, quàm divino.
3. Nec repugnat effatum Salvatoris nostri JESU CHRISTI, apud Matth.
4. Difficiliùs ob desertionem divortium, quàm repudium conceditur.
5. Hinc etiam accuratior cognitio & longius spatium absentiæ hîc requiritur.
6. Multa supra Part. 1. c. 3. de hac Materiâ, dicta.
7. Requisita ad totalem separationem necessaria.
8. (1) Ut processus desertionis formetur ad instantiam partis desertæ.
9. (2) Accuratè in desertionem ejusque circumstantias inqvirendum antequam processus decernatur.
10. (3) Judex doceri debet partem deserentem perqvisitam diligenter esse.
11. (4) Qvalitas absentiæ præprimis inqvirenda.
12. Qualis absentia justa & sufficiens hîc esse censeatur?
13. Qvalis contra injusta & insufficiens?
14. An necessaria improbabilis hîc sufficiat?
15. Negativa nobis videtur verior.
16. Nec uxor invita tenetur seqvi maritum.
17. Ratio hujus rei prima.
18. Secunda.
19. Tertia.
20. Qvarta.

 Qvin-

21. *Quinta ex jure nostro Sax.*
22. *Quibus casibus uxor seqvi maritum sit obligata, nisi desertrix malitiosa audire velit?*
23. *Casus hujus rei primus.*
24. *Casus secundus.*
25. (5) *Tempus absentiæ examinandum.*
26. *Quod arbitrio judicis committendum.*
27. (6) *Devenitur ad ipsum processum desertionis.*
28. *Cujus primum fundamentum Citatio.*
29. *Quæ circa eam observanda?*
30. *Primo termino citatur reus ad respondendum.*
31. *Secundo ad alleganda & deducenda legitima impedimenta.*
32. *Tertio ad audiendam sententiam.*
33. *Si reus â crimine desertionis se non purgaverit, sequitur divortium.*
34. *Pars innocens libera declaratur, & eidem novum matrimonium permittitur.*
35. *Quod interdum & nocenti parti conceditur.*
36. *Magistratui in sententiâ desertionis, pœna in deserentem reservatur.*
37. *Quæ jure Sax. Elect. est fustigatio cum perpetuâ relegatione.*
38. *Quid si reus redeat, terminis omnibus quidem elapsis, attamen ante sententiam latam?*
39. *Adhuc audiendus est.*
40. *Quid si post sententiam latam redeat?*
41. *Minimè audiendus.*
42. *Ante sententiam partem redeuntem, quæ suspecta sit adulterii, altera pars in thorum recipere non tenetur, nisi juramento se purgaverit.*
43. *Post sententiam si redierit & appellaverit, videtur adhuc audienda.*

44. Re-

44. *Restrictio hujus asserti duplex.*
45. *Formulæ in hoc processu jure Sax. usitatæ.*
46. *Formula primæ citationis edictalis.*
47. *Formula secundæ citationis ad deducenda legitima impedimenta absentiæ.*
48. *Formula tertiæ citationis ad audiendam sententiam.*
49. *Formula sententiæ definitivæ in causa desertionis malitiosæ.*
50. *Differentia quoad sententiam definitivam inter Augustanæ confessioni addictos & Pontificios.*
51. *Formula sententiæ definitivæ in hoc casu, Pontificiorum.*
52. *Propter denegationem debiti conjugalis matrimonium quoque dissolvitur.*
53. *Quæ & juri divino & humano contrariatur.*
54. *Atque adulterio & malitiosæ desertioni, quoad effectum separationis, æquiparatur.*
55. *Quod probatur & Textibus sacris & rationibus.*
56. *Non omnis denegatio hic intelligenda.*
57. *Nam interdum justè denegatur debitum conjugale.*
58. *Qualis igitur ea esse debeat, definitum.*
59. *Circumspectè & gradatim hic procedendum antequam ad dissolutionem perveniatur.*
60. *Requisita hic observanda, primum.*
61. *Secundum.*
62. *Tertium.*
63. *Quartum.*
64. *Absque hisce requisitis non proceditur ad separationem.*
65. *Conjugi malitiosè deserto & innocenti novum Conjugium permittitur.*
66. *Pœna deserentis & nocentis.*
67. *Etiam adulterii pœna mitigatur commissi, ob denegationem debiti conjugalis.*

68. De-

68. Desertio conjugis meretur pœnam privationis lucri dotis.
69. Si modo processus desertionis institutus & absolutus.
70. Quod tamen ad desertam & innocentem partem non extendendum.
71. Restrictio lucri debiti ab hac parte.

A Divortio ob adulterium ab alterutro Conjugum commissum facto, transitum jam facimus, ad alteram causam veri divortii, nimirum Malitiosam desertionem, (wenn ein Ehegatt den andern vorsetzlicher weise und ohne erhebliche Ursache verlässet/ oder sitzen lässet/ und davon ziehet)
1. quam non minus ac Adulterium, ipsum vinculum Conjugii totaliter rumpere, in aprico est, & suprà h. p. 2. cap. praeced. 1. n. 30. contra Canonist. â nobis fuit deductum. Sciendum itaque hîc (1) desertionem istam, sive illa sit facta
2. â muliere, sive â marito, non tantum de Jure civili, p. ex sententia JCti Juliani in

L. uxores 6. ff. de divort. & Repud. Imperat. Constantini in L. 7. C. de Repud. & Imp. Justiniani in Nov. 22. c. 7.

sed etiam de Jure divino & secundum dictum

Apostoli Pauli *1. ad Corinth. 7. vers. 5. & 15.* (quem textum nostrates Theologi, indefinitè de quavis persona, & tam de Conjuge fideli, quam infideli accipiunt.)

3. causam sufficientem & justam divortii esse; & praedicto textui effatum Salvatoris nostri Jesu Christi Matth. 5. & 19. non contrariari, ceu plurib. deduc. simulque conciliationem horum textuum S. Scripturae instituunt.

Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 605. & seqq. & §. 624.* Arnis. *de jur. Connub. c. 6. sect. 4. & 6.* (ubi etiam distinctionem Bellarmini inter conjugium fidelium & infidelium

lium refutat.) Carpzov. *in definit. Ecclesiast. l. 3. tit. 5. def. 56.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 3. tit. 7.* Brouwer. *d. tr. lib. 2. c. 18. n. 12.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2 tit. 17. c. 26. ibiq;* D. Stryck. *in addit.*

2. observ. in hoc casu matrimonii per copulam Sacerdotalem & carnalem plenariè jam consummati, difficilius concedi divortium, ob malitiosam desertionem, quam si ab alterutro desponsatorum ob ejusmodi desertionem Repudii actio instituatur, secund. 4.

Carpz. *l. 3. Jurispr. Ecclesiast. tit. 5. def. 57. n. 1. 2.*

Et hinc etiam longius spatium absentiæ & accuratior cognitio causæ ad obtinendum divortium in priori casu matrimonii consumati, qvam in posteriori Sponsaliorum requiritur, secundum Praxin quotidianam Consistoriorum nostrorum. 5.

Cum autem tota hæc materia Desertionis, suprà p. 1. cap. 3. copiosè à nobis pertractata, simulq; ejusdem processus hodiè in Ecclesiasticis nostris Judiciis usitatus, breviter delineatus sit, ideòq; hîc brevitatis studio, summatim saltem, prius dicta, quatenus hûc spectant, subjunctis strictim ibidem omissis, repetere consultum duximus. 6.

Requiritur igitur hocce casu ad totalem separationem 7.
(1) ut processus formetur ad instantiam & petitionem 8.
partis innocentis & desertæ, cum magistratus ex officio &
non imploratus ejusmodi processum desertionis movere
non soleat: (2) accuratè Judex in desertionem ejusq; circum- 6.
stantias inquirere tenetur, priusquam decernat processum hunc, nimirum, quamdiu cohabitaverint Conjuges, qualem vitam absente desertore vel desertrice egerit pars deserta, an interim continenter castè & honestè vixerit, item an perversis suis moribus ansam præbuerit desertio-

ni, vel collusio desertæ & deserentis intercedat, ut utroq; volente solvatur matrimonium, quem in finem Judici testimonium innocentiæ vitæ & morum offerendum est, quod plerumq; â magistratu Competente, sub quo domicilium contraxerunt Conjuges, vel & nonnunqvam â
10. Confessionario desertæ impretratur. Deindè (3) itidem Judex testimonio exhibito informari debet, qvod pars deserta diligenter perquisiverit & percunctata fuerit de marito, vel uxore, & tamen de eo eâve nihil certi rescire potu-
11. erit. Præprimis autem (4.) exactè inquirenda est qualitas absentiæ, an illa consensu utriusq; conjugis, vel citra illum facta, item an necessaria, justa, casualis & probabilis, vel an injusta, merè voluntaria & malitiosa sit. Suprà d. p. l. c.3. â nobis luculenter fuit demonstratum, priorem absentiam justam hîc non intelligi, neq; nudam absentiam etiam diuturniorem sufficere, sed præcisè verè mali-
12. tiosam, temerariam & voluntariam, eamq; diutinam, absque ulla legitima & sufficiente causa, dissentiente altero
13. conjuge contingentem requiri, ac propterea profectiones in dissitas regiones, mercaturæ exercendæ, aut negotii expediendi gratia, ex necessitate initas, nec non Expeditionem bellicam pro defensione patriæ & Reipublicæ, maximè ad mandatum Superioris susceptam, Legationem â Principe injunctem, item captivitatem, & quando quis ab hostibus vel piratis aut latronibus capitur, & captus in servitutem abducitur & venditur, (wenn er auff der See/ von Feinden und Meer-Räubern oder sonsten gefangen in die Türckey oder Barbarey geführet/zum Sclaven gemachet oder verkauffet wird) &c. inter causas injustæ absentiæ connumerari nullo modo posse, & consequenter istis casibus separationem locum non invenire.

Vid.

vid. de prædict. præter suprà citat. Dd. Gerhard. *in loc. de Conjug.* §. *626.* & *seqq.* Schrad. *in comment. ad tit. J. de Nupt. n. 53.* & *seqq.* Arnis. *de jur. connub. c. 6. sect. 7.* Brouwer. *eod. tract. l. 2. c. 18. n. 12.* & *c. ult. n. 16. 17*)

An autem (5) etiam Absentia necessaria ob delictum ab alterutro Conjugum commissum, (putà si Conjux propter proprium scelus meritas exilii, vel relegationis perpetuæ aut temporalis pœnas luat, aut facinoris alicujus sibi conscius, in patria sua degere non sustineat) ad hanc speciem separationis referri debeat, & maritus h. m. absens pro malitioso desertore, vel uxor, si detrectet maritum relegatum seqvi pro malitiosa desertrice, haberi debeat, anxiè disquirunt Dd. Ubi verior nobis videtur sententia negativa, sc. Conjugem, ob delictum absentem, vel relegatum aut bannitum (utpote cum conjugem non odit, neqve fugit,) propriè malitiosum desertorem non esse, nec exindè vinculum matrimonii jam perfectè consummati dissolvi, multò minus uxorem invitam, (volentem enim comitem se adjungere posse Conjugi relegato, indubium est,) sequi teneri maritum bannitum vel ob delictum in exilium missum, maximè si illud ratio domestica & utilitas communis liberorum, & honestas uxoris non permittat, tum qvod (1) delicta semper tenere debeant suos autores, & quisqve ex suo admisso sorti subjiciatur, nec alieni criminis successor existat,

14.
15.
16.
17.

L. 26. ff. de pœn. L. sancimus 22. C. eod. tit.

maritus autem & non ipsius uxor deliqverit, & hinc illam ob delictum mariti citra propriam culpam ac noxam puniri, satis iniqvum & juri nostro planè contrarium videatur, per

Rubric. & *l. 2.* & *tot. C. ne uxor. pro marito vel maritus pro uxore conven.* & ea quæ trad. ibid. Christin. Perez.

 Brun-

Brunnem. aliique *in commentar.*

add.

Perez. *ad tit. C. de pœn. n. 30.* Brunnem. *ad l. 22. C. d. t.*

18. tum quia 2) maritus mulierem hanc desertricem malitiosam appellitare neqvit, cum ipsemet hanc necessitatem sibi propria culpa attraxerit,

arg. *l. 21. ff. quod met. caus.*

19. facit etiam (3) hûc, qvod desertio non sit, nisi ex temeraria voluntate sine causa probabili, ideòque Conjux quæ sine summo incommodo, magna jactura rei familiaris, & salva sua dignitate, salvoqve pudore seqvi non potest, necessitate ipsa excusatur.

l. 16. l. 38. ff. de oper. libertor. l. 125. ff. de V. S.

20. & (4) sic satis puniatur mulier, si marito suo cogatur carere præter meritum, & viduam vitam marito adhuc su-
21. perstite, exordiri. Quibus omnibus (5) accedit, qvod in nostro foro Saxonico Constit. Electoral. 19. p. 4 non faciat mentionem, nisi unius casus, quo cogenda est uxor sequi maritum exulem, sc. quando adulter, cui imminet pœna capitalis in adulterio simplici, donatus est precibus uxoris, & ita exceptio in uno videatur firmare regulam in reliquis,

l quæsitum 12. §. ibidem respondit. ff. de instruct. & instrum. legat.

Et hanc sententiam nobiscum tuentur

Heig. *p. 2. qvæst. 14.* Arnis. *de jur. Connub. c. 6. sect. 7. n. 20. & seqq.* Brouwer. *eod. tract. l. 2. c. ult. n. 17.*

Confer.

Mev. *in Commentar. ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 5. art. 20. n. 60. 61. 62. & seqq.* (qui distingvit inter necessarias migrandi causas, & malitiosas, & inter seqvelam uxoris turpem & decoram)

Illud

Illud tamen hîc facilius concedi poteſt, quod in ſeqq. caſi- 22.
bus uxor obligata ſit maritum ſequi, niſi ipſa malitioſa deſertrix audire velit, nimirum ſi (1) maritus ſine culpa ſua 23.
& commiſſo delicto, immeritum patiatur exilium, â (2) in- 24.
juſtas Tyranni minas, aut (3) falsò alicujus criminis accuſatus, periculum fugiat, aut (4) amore veræ religionis aut ex alia juſta cauſa migrare & domicilium transferre velit,

vid. Arniſ. *d. l.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 41.* Hillig *in Donell. Enucl. l. 13. c. 21. lit. m.* Beuſt. *de matrim. p. 2 c. 32.* Covarruv. *p. 2. de matrim. c. 7. n. 7.* Brouwer. *de Jur. Connub. d. c. ult. n. 16. 17.* Richt. *p. 1. deciſ. 8. n. 8.*

quam ſententiam ampliant Dd. noſtri, ut procedat, etiamſi maritus in pactis dotalibus ſe obligaſſet, quod non velit â loco vel domicilio Uxoris diſcedere: quia nihilominus in prædictis caſibus, & ex aliis ſupervenientibus juſtis cauſis diſcedendi, Uxor non obſtante tali pacto, maritum ſeqvi tenetur

Secund. Beuſt. *d. tr. p. 2. c. 32.* Covarr *p. 2. de matrimon. c. 7. n. 6.* Gomez. *l. 2. reſol. 10. n. 23.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 12. c. 21. lit. a.* Havem. *l. 2. Gamal. Synopt. t. 10. poſit.* Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 7. theor. 2. lit. H. 1.* Heig. *l. 2. q. 14.* Richter. *1. p. 1. deciſ. 9. n. 7. vid. tamen hîc* Gœdd *de contrah. & committ. ſtipul. c. 6. n. 175.* (ubi quandoque ob honeſtam & probabilem cauſam, etiam prædictum pactum vires habere poſſe, aſſerit.)

Præterea (5) etiam tempus ſeceſſionis & abſentiæ exami- 25.
nandum eſt; ut ex ejus longiore intervallo colligatur deſertoris animus, circa quod itidem ſupr. p. 1. cap. 3. ex jure & Dd. deduximus, quod quandoque biennium, vel etiam triennium aut quadriennium, quin & ſeptennium vel la-

laxius ſpatium requiratur, & temporis determinatio arbi-
26. trio Judicis ſit committenda, ita ut pro ratione circumſtantiarum, (ætatis ſcil. morum, vitæ anteactæ, perſonæ deſertæ aliarumque) tempus augeri vel minui debeat, & quò diuturnior eſt abſentia, eò magis exindè animus deſerendi & non revertendi colligi, adeòque facilius ad diſſolutionem procedi poſſit; de quibus præter Dd. d. cap. 3. allegatos etiam conſul.

Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. tit. 7. poſit. 5.* Carpzov. *in definit. forenſ. p. 3. conſtit. 26. def. 26. & in pract. crim. p. 2. q. 58. n. 5. & ſeqq. uſque ad n. 23.*

Hiſce ita quoad ipſam abſentiam ejuſque temp9 prius con-
27. ſideratis, (6) tutò tandem devenitur ad ipſum Proceſſum
28. deſertionis, cujus primum principium & fundamentum eſt Citatio Rei & perſonæ deſerentis, ubi pariter d. cap. 3.
29. admonuimus (1) iſtam Citationem debere eſſe trinam, & (2) iſto caſu, ſi Reus prorſus latitet, fugitivus aut vagabundus ſit, ejuſqve copia haberi, vel ille abſens in faciem citari planè nequeat, (ſi enim explorari poſſit, ubi locorum ſit, omnibus modis laborandum, ut in propria perſona compareat, & prævia cauſæ cognitione, quæſtione adulterii non interveniente, vel adulterio in continenti non probato, competentibus remediis ad cohabitationem compellatur,) Citationem in ſubſidium & Edictalem eſſe, & (3) quamlibet ex iſtis terminum legalem Saxonicum (eine vollkommene Sächſ Friſt à tempore affixionis publicæ, vel prælectionis è ſuggeſtu, continere debere, (4) iſtam in trium diverſorum dominorum Territoriis, (in dreyer Herren Lande) intimandam, aliaque de quibus d. cap. prolixius egimus, circa illam obſervanda eſſe, adeò ut etiam in hoc proceſſu, ubi matrimonium conſummatum reſcindendum eſt, non
30. minus ac in ſponſalibus & Repudio (1) Reus ad reſpondendum

dum, (auff die Klage zu antworten) deindè (2) ipso emanente ad alleganda & deducenda Impedimenta, (zu Ausführung der Ehehafften) & denique (3) ad audiendam sententiam (zu Anhörung des End-Urthels) semper & unoqvoqve Termino prævia contumaciæ accusatione, citetur. Qvibus omnibus peractis & Reo in contumacia perseverante, nec à crimine desertionis se purgante tum demum (4) sequitur Divortium & dissoluto Matrimonio adversus Reum definitivè pronunciatur, ipse pro confesso ac convicto, & pro malitioso desertore sui Conjugis, & pars innocens ab absente libera declaratur, concessa simul eidem potestate, contrahendi aliud matrimonium, (quod ipsum quandoqve ex rationabili causa etiam parti nocenti ex speciali dispensatione concedi posse asserit 31. 32. 33. 34. 35.

Carpzov. *l. 3. definit. Ecclesiast. tit. 6. def. 71.*)

& reservata Magistratui pœna adversus condemnatum in sententia; quæ pœna h.c. in desertorem & desertricem certa est definita in Electoratu Saxonico, sc. fustigatio cum perpetua relegatione 36. 37.

vid. Churfl. S. Kirchenord. tit. von Eheleuten die iemand bößlich verlassen. *ubi limitatio adjicitur.*

Et de hoc processu desertionis consul. etiam

Carpzov. *l. 3. definit. Ecclesiast. tit. 5.* Brunnem. *de Jur. Eccles. l. 2. c. 17. §. 27. & seqq. l. 3. c. 2. §. 15. & seqq. itiqve* Dn. Stryck.

Et hæc omnia, quæ in præcedentibus fuerunt deducta, indubiè procedunt, si processus desertionis per sententiam sit finitus, & ad umbilicum usque (ut est in proverbio) deductus. Quid vero si elapsi quidem sint citationum termini, cum redit desertor, sententia tamen nondum lata? 38.
Hoc casu desertorem, si quicquam quod absentiam excusare, vel ipsum à malitia liberare possit, allegare valeat, in 39.

cau-

causa hac gravi adhuc audiendum ipsique defensionem
40. haud præcidendam, post sententiam autem jam latam re-
41. versum planè non audiendum esse rectè sent.

Dn. Stryck. *in addit ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. c. 12. §. 27. pag. 682.*

cujus sententiæ meritò subscribimus. Quamvis in hoc passu etiam assentiar

B. Dn. Carpzov. *d. l. 3. definit. Eccles. tit. 5. def. 70.*

statuenti, quod citatum desertorem suspectum de adulterio ante sententiam redeuntem, & verisimilibus indiciis gra-
42. vatum, (wenn ein rechtl. Verdacht wider ihn vorhanden und auszuführen) Conjux in thorum recipere non teneatur, priusquam juramento se purgaverit à suspicione adulterii commissi. Et cum sententia contra matrimonium lata, nunquam transeat in rem judicatam, quin retractari possit cõperta veritate, & detecto errore, per

cap. lator. 7. & c. consanguinei x. de sententia & re judic. & trad. Gail. *lib. 1. obs. 112.* & Græv. *ibid. in conclus. n. 1. 2.* Beust. *de jur. connub. p. 2. c. 39.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 27. c. 7. lit. Q.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 10. th. 31.*

43. ideòque si post sententiam redeat desertor, & contra illam â tempore notitiæ appellationem interponere & contumaciam purgare velit, istum etiamnum audiri, ad deductionem gravaminum summariam admitti, illaque peracta, & justa petitionis causa apparente, pro ratione circumstantiarum quandoque Appellationi deferri debere, verior & æquior videtur sententia, quam defend.

Dn. Stryck. *d. c. 17. pag. 682.*

modò res adhuc sit integra, & Conjux deserta ac separata
44. nondum aliud contraxerit matrimonium, nec querela ista nimis diu differatur.

consent. Kizel. *d. tr. concl. 10. theor. 31.*

Quo

Quo autem de Stylo Consistoriorum Saxonicor. præprimis Protosynedrii Dresdensis circa hanc citationem, & sententiam eandem subsequentem clarius constet, placuit Formulas hodiè in supremo Consistorio Electoral. Saxon. in processu desertionis usitatas verbotenus hîc adjicero, Sequitur jam

I.

Forma primæ Citationis

Edictalis.

DEs Durchlauchtigsten Fürstens und Herrn/ Herrn N. N. ꝛc. tot. 46.
tit. serenifs. unsers gnädigsten Herrn/ Wir verordnete Præsident, Rathe und Assessores im Obern=Consistorio, fügen dir N. N. (mari vel fœminæ) (vel si fœmina desertrix citanda. n. n. n. n. Bürgers zu N. Eheweibe) hiermit zu wissen/ daß uns itztgedachtes dein Eheweib (vel ietzt gedachter dein Ehemann) zu erkennen gegeben/ welcher gestallt/ nachdem du mit ihr (vel du mit ihme) Anno - in der Kirche daselbst (vel zu N.) öffentlich copuliret worden/ derselben (vel demselben) auch = Jahr ehelichen beygewohnet / (addit. quandoque und - Kinder mit ihr / oder ihme gezeuget) folgendes Anno - ohn=gefehr im Monat = ohne Ursach heimlich darvon gegangen/und ihn (vel Sie) nunmehro in das = Jahr bößlichen verlassen / ihme auch bißhero nichts zu entbothen/also daß Er (vel Sie) über allen angewandten Fleiß nicht erfahren können/ wo du hinkommen/ ob du tod/ oder noch am Leben seyest/ derowegen seinem/ (vel ihrem) Christlichen Gewissen zu rathen/ Er/ (vel Sie) umb eröffnung des Desertion Processus wider dich gebethen. Wann wir dann/ nach eingezogener Erkundigung/sein (vel ihr) Suchen den Rechten nicht ungemäß befunden. Als citiren / heischen und laden wir dich zum erstenmahl endlich und peremtoriè, daß du den = nechstkünfftig zu rechter Zeit vor Uns im Obern=Consistorio in Person unausbleibende erscheinest/ anzuhören / wie bemelter dein Ehemann/ (vel bemeltes dein Eheweib/) wegen beschehener desertion, seine (vel ihre) Klage wiederhohlen wird / darauff deine Verantwortung einbringest/ und alsdenn ferner Verhör und Handlung pflegest/ und rechtl. Erkäntnüs erwartest/ mit der ausdrücklichen Verwarnung / du

erscheinest also oder nicht/ daß nichts desto weniger auff Klägers (vel Klägerin) gehorsamlich erscheinen / und ferner Ansuchen diesfalls ergehen soll/ was recht ist/ darnach du dich zu achten/ uhrkündlich mit des Ober-Consistorii Insiegel besiegelt. So geschehen zu Dreßden den = Anno

2.

Forma secundæ Citation: ad deducendum legitima Impedimenta absentiæ, vulgò zur Ehehafft.

7. DEs Durchlauchtigsten ꝛc. Wir verordnete Præsident, Räthe und Assessores im Obern-Consistorio, Fügen dir N. N. Inwohners zu N. Eheweib (vel N. N. si maritus citatur) hiermit anderweit zu wissen: Nachdem du dich/ auff beschehenes Ansuchen und bitten / vorgedachtes deines Ehemannes/ (vel Eheweibes) wegen angegebener böslichen desertion, durch ein öffentlich Edict, am = jüngsthin vor Uns im Ober-Consistorio zu erscheinen/ citiret und vorgeladen/ und Kläger/ (vel Klägerin) solcher citation zu gehorsamer Folge in Person erschienen / du aber aussenblieben/ derowegen Er/ (vel Sie) deinen Ungehorsam beschuldiget/ und umb fernern Procefs gebethen. Wann wir dann solchen seinem (vel ihrem) Suchen statt gegeben. Als citiren/ heischen und laden Wir dich hiermit zum andernmahl endlich und peremtorie, daß du auff den = nechstkünfftig zu rechter früher Tages-Zeit/ vor uns im Ober-Consistorio in Person unaussenbleibende erscheinest/ erhebliche Ursachen und Verhinderungen/ warumb du den ersten Termin nicht besuchet/ anzeigest / und darauff fernern Bescheid erwartest. Mit der Verwarnung du erscheinest also oder nicht/ daß nichts desto weniger / auff obbemeltes deines Ehemannes (vel deines Eheweibes) ziemendes Suchen/ und dein anderweites Aussenbleiben/ in dieser Sache ergehen und geschehen solle/ was recht seyn wird/ darnach du dich zu achten/ uhrkündlich ꝛc. So geschehen zu Dreßden den = Anno

3.

Forma Tertiæ Citationis ad audiendam sententiam.

Des

DEs Durchlauchtigsten ꝛc. (ut supra in prima form.) Fügen dir N. N. N. Inwohners zu N. Eheweibe/ (vel N. N. si maritus citat.) 48.
hiermit nochmahls zu wissen/ demnach wir dich auff Gerichtliches Suchen und bitten/ bemeltes deines Ehemannes/ (vel Eheweibes) zu deducirung deiner Ehehafften/ und Vermeldung erheblicher Erinnerungen/ warumb du den ersten hiebevorn angesetzten Termin nicht hast besuchet/ und auff die erhobene desertion-Klage deine Verantwortung thun mögen/ am ⸗ vor uns im Ober⸗Consistorio zu erscheinen citiret und vorbeschieden/ Kläger (vel Klägerin) auch sich gestellet/ du aber hinwiederumb ungehorsamlich aussenblieben/ daß dessentwegen er (vel Sie) hiermit deinen anderweit begangenen Ungehorsam abermahls beschuldiget/ und ihn der Ehe wegen von dir loß zu sprechen gebethen/ und wir hierauff uns in dieser Sache eines Urthels verglichen / welches wir den ⸗ nechstkünfftig zu eröffnen willens. Als citiren/ heischen und laden wir dich hiermit zum dritten mahl endlich und peremtorie, daß du bestimtes Tages zu rechter früher Zeit vor uns allhier im Ober⸗Consistorio in der Person unaussenbleibende erscheinest / und solch Urthel und Erkäntnüs anhörest / mit der ausdrücklichen Verwarnung / du thust solches oder nicht/ daß nichts desto weniger in der Sache ergehen und geschehen soll/ was recht seyn wird/ darnach ꝛc. uhrkündlich ꝛc. und geben zu Dreßden den ⸗ Anno

4.
Forma sententiæ definitæ in causâ desertionis malitiosæ.

IN Ehe- und desertion-Sachen N. N. Klägern/ (vel Klägerin/) eines/ desselben Eheweib N. N. (vel Ehemann N. N.) Beklagten anders theils/ erkennen und sprechen wir verordnete Præsident, Räthe und Assessores des Churfl. Sächs. Ober⸗Consistorii vor recht / Dieweil Bekl. mit Klägern (vel Klägerin) Anno ⸗ in der Kirche zu N. öffentlich getrauet worden/ demselben auch ⸗ Jahr über ehelichen beygewohnet/ auch ⸗ Kinder mit ihm (vel Ihr) gezeuget/ hernacher aber im ⸗ Anno ⸗ ohne Ursach heimlich darvon gegangen / ihn nunmehro in das ⸗ Jahr bößlichen verlassen/ und ihme (vel ihr) nichts zu entbothen/ Kläger (vel Klägerin) auch von Beklegten über allen angewandten Fleiß/ wo sie (vel er) hingekommen/ nichts erfahren können/ 49.

derowegen er/ (vel sie) seinem (ihrem) Christlichen Gewissen zu rathen/ unser Richterliches Ambt anzeruffen/ und umb Eröffnung des Desertion-Processus gebethen. Wier hierauff Beklagten zu dreyen mahlen/ durch öffentliche Edicta, und zwart erstlich zu Anhörung der erhobenen Desertion-Klage/ folgendes zu Ausführung der Ehehafften/ und endlich das End-Urthel anzuhören/ citiren lassen/ derselbe (dieselbe) aber iedesmahl ungehorsamlich aussen geblieben/ und zu ihrer (seiner) Entschuldigung nichts eingewendet. Als wird bey so gestallten Sachen nunmehro Bekl. vor eine bößliche Verlasserin ihres Ehemannes/ (vel einen böslichen Verlasser seines Eheweibes) erkennet/ immassen wir sie (vel Ihn) darfür erkennen und erklären/ und der weltlichen Obrigkeit die verwürckte Straffe ausdrücklichen vorbehalten/ Klägern (vel Klägerin) aber der Ehe halber von ihr (vel Jhm) gänzlichen entbinden/ auch ihme (vel ihr) als dem unschuldigen Theile in andere wege sich Christlichen zu verehlichen/ verstatten und nachlassen. Von Rechts wegen.

Eröffnet im Ober-Consistorio zu Dreßden / in Gegenwart Klägers (vel Klägerin) den , Anno ,

50. Sciendum tamen est, circa hanc sententiam definitivam in Judiciis & Consistoriis Saxonicis, aliisque Augustanæ Confessioni addictis, in processu malitiosæ desertionis aliter, quam in Judiciis Ecclesiasticis Pontificiis pronunciari. In prioribus enim per sententiam Conjugium totaliter tam quoad ipsum vinculum matrimonii, quam separationem quoad thorum & mensam dissolvitur, concessa simul facultate contrahendi aliud conjugium innocenti parti, (Es wird die zwischen N. N. und N. N. vollnzogene Ehe wiederumb cassiret und auffgehoben/ Kläger von Beklagten der Ehe halber gänzlich entbunden/ und dem unschuldigen Theile nachgelassen/ sich in ander wege Christlichen zu verehlichen/ uti apparet ex formula suprà adjecta. In posterioribus verò, (sc. Consistoriis Pontificiis,) ubi totalis dissolutio Conjugii penitus cessat, & separatio saltem quoad thorum & mensam, seu cohabitationem conjugalem obtinet, prædicta formula, qua pote-

potestas iterum nubendi conceditur parti innocenti, omittitur, & reus solummodo pro confesso & convicto ac malitioso desertore, vel Rea pro malitiosa desertrice declaratur, simulque deciditur, actorem invitum non teneri nocenti cohabitare, neqve uxori alimenta suppeditare, h. m. Es seye Beklagter billich pro malitioso desertore zu achten/ und 51.
Kläger nicht schuldig / noch gehalten wider seinen Willen künfftig dem flüchtigen Beklagten beyzuwohnen / (additur etiam si uxor maritum deseruerit, noch sie zu veralimentiren.

Porrò ad hanc separationem â Dd. nostris etiam refertur Denegatio debiti Conjugalis, tanquam species quædam malitiosæ desertionis. De qua obsērvand. (1) prædi- 52.
ctam denegationem, non minus ac Adulterium & malitiosam denegationem ob absentiam, juri divino & humano nimir. 53.

Genes. 2. Matth. 19. 1. ad Corinth. 7. l. 1. ff. de Rit. Nupt. §. 1. J. de patr. potest. c. 8. x. de Consang. & affin.

omnino contrarari, ideòq; illam â Theologis & JCtis nostratibus, putà

B. Luther. *tom. 3. Jenens. German. lib.* vom Ehelichen Leben. Hunn. *in Comment. ad Matth. d. c. 19.* Gerhard. *de Conjug. §. 630.* Brochman. *in art. de Conjug. c. 4. q. 60.* Biedenb. *de caus. matrimon. fol. 99.* B. Hülsem. *in Breviar. c. 21. th. 16.* Dedekenn. *in Consil. Theolog. vol. 3. lib. 3. sect. 6. n. 14. & in Append. ad dict. sect. 6. n. 1.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. tit. 7. posit. 3.* Dn. Scherzer. *p. m. in System. Theolog. disp. 27. th. 18. pag. 836.* JCt. Argentorat. *in Respons. JCtor. German. Superior. vol. 1. consil. 47.*

Adulterio atque malitiosæ desertioni æquiparari, & pro 54.
tertia causa instituendæ totalis separationis & dissolutionis vinculi conjugalis, rectissimè haberi. Quæ sententia

55. probatur (1) per text. cap. 2. 1. ad Corinth. 7. aliosque text. Sacræ Scripturæ suprà allegat. (2) quia actus conjugalis quoad petitionem & redditionem est sub præcepto, & obligatio ad præstandum debitum ex ipsa matrimonii institutione descendit, uti plurib. deduc.

Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 2.*

(3) quia inter hujusmodi Conjuges, qvorum alter alteri benevolentiam copulæ carnalis obstinatè recusat, desinit esse verum Conjugium: & cum (4) alter Conjux sine consensu alterius Conjugis perpetuam continentiam vovere neqveat. Ergò multo minus malitiosè ipsi debitum denegare poterit.

2. Observ. qvod nobis hic sermo non sit, de denega-
56. tione qualicunque in genere, vel de justa recusatione debiti conjugalis ob legitimum impedimentum, sc. quando illud alteruter Conjugum ex justa causa, p. propter adversam valetudinem vel morbum conjugis, maximè contagiosum, (e. g. morbum Gallicum, lepram, Elephantiasin aliumve, ex qvo sano imminet periculum notabilis infectionis, aut propriæ salutis, & ingens sanitatis detrimentum;) præstare detrectat, cum constans sit, tam apud moralistas quam JCtos atque Medicos recepta sententia, non teneri
57. Conjugem sanum ad reddendum debitum, si adsit periculum magni morbi exindè contrahendi, vel sanitatis inevitabile detrimentum, vel etiam vitæ periculum, prout pluribus demonstr. post,

Hostiens. *in summ. tit. x. de Conjug. Leprosor.* Ripa de peste *p. 2. n. 201.* Zœs. *in comment. ad d. t. n. 2.* Thom. Sanchez *de matrim. l. 9. disp. 24. 25.* Paul Zach. *in quæstion. Medico-Legal. l. 7. tit. 3. quæst. 7. n. 13. & seqq. & n. 23. l. 7. t. 3. quæst. 6. n. 3. tit. 3. quæst. 3. n. 2. 3. & consil. 56. n. 3. 4. 5.* Hayem. *d. t. 7. posit. 3.*

Sed

Sed illa demum denegatio hîc in considerationem venit, 58.
quando alteruter Conjugum, firma atque integra adhuc valetudine, citra ullam justam atque legitimam causam, animo merè malitioso, ex nimia morositate & concepto odio ergà Conjugem, vel ob ejus senilem ætatem, vel ne plures liberi nascantur, vel ob difficultatem pariendi aut prætensum votum de non cohabitando, (wenn ein Ehegatte verschworen dem andern ehelich beyzuwohnen) &c. se subtrahit debito conjugali, idqve reddere recusat. Ubi tamen 3) priusquam ad dissolutionem perveniatur, semper circumspe- 59.
ctè & gradatim est procedendum, & probè observandum, 60.
(1) ut denegatio cum proposito continuationis fiat, & sit pertinax incorrigibilis constans ac perdurans per aliquot annos, (putà 3. vel 4. annos ut plurimum, aut etiam longius temporis spatium,) (2) ut contumax Conjux, Cognato- 61.
rum precibus, Pastorum Ecclesiæ, inprimis Confessionarii, severis & seriis adhortationibus, ad cohabitandum inducatur, iis verò posthabitis (3) Magistratus Secularis offi- 62.
cium imploretur, omnibusque modis pertentetur, an forsan minis & præceptis pœnalibus, aliisque pœnis politicis pars refractaria coerceri possit. Et tandem (4) post publicas & privatas admonitiones frustrà adhibitas, ad petiti- 63.
onem partis innocentis, prævia exacta causæ cognitione, probata injusta denegatione, & intentione actoris per Reum non elisa, ac reconciliatione, frustrà tentata, ad separationem totalem perveniatur, & per sententiam Conjugium dissolvatur. Hisce enim modò memoratis reqvisitis (quæ Consistoria nostra Saxonica exactè attendunt,) defi- 66.
cientibus, propter hanc tertiam causam separatio locum non inveniet, prout etiam eam in Supremo Consistorio Dresdensi hactenus aliqvoties anxiè quæsitam fuisse, sed ob defectum reqvisitorum successu caruisse novimus.

Con-

Consul. de prædict. Luth. Hunn. Gerhard. Brochm. Hülsem. Dedekenn. Havem. Dn. Scherzer. Consil. Argentor. *in loc. suprà alleg.*

quib. add.

Biedenb. *de caus. matrimon. fol. 99.* Besold. *vol. 3. consil. 27.* Richter. *vol. 2. p. 1. consil. 26.*

65. Præterea (4) observ. Conjugi prædicto modo malitiosè deserto & innocenti, post divortium, matrimonium de novo contrahere licere, quod indubium; nocenti vero & de-
66. serenti non item, sed ipsum relegationis pœna afficiendũ, ipsique ut in loco commissi delicti Conjugium ineat, permittendum non esse, vel. iterum stat.

JCti Argentorat. *d. vol. 1. consil. 42. n. 28. & seqq.*

quibus colophonis loco (5) addimus, qvod denegatio de-
67. biti Conjugalis etiam in delicto adulterii, quoad pœnam mitigandam sufficiat, ita ut adulter vel adultera, cui conjux debitum hoc præstare renuit, â pœna ordinaria liberetur, & pœna tantum extraordinaria, (fustigationis sc. vel relegationis perpetuæ) afficiatur, secund.

trad. Carpz. *in pract. Crimin. p. 2. quæst. 61. n. 21. & seqq.*

Illud denique quoad utramque speciem desertionis malitiosæ hactenus tractatum coronidis loco notandum, quod
68. desertio Conjugis mereatur pœnā privationis lucri, quod aliàs juxta Legem vel consvetudinem loci, vel ex pactis dotalibus post obitum Conjugis superstiti parti deserenti debetur, tam de Jure Civili quam Saxonico, propt.

Nov. 22. c. 15. §. 2. Nov. 117. c. 8. §. si nolens viro,

&

Constit. Elector. Saxon. 26. p. 3.

69. modò etiā Processum desertionis instituerit ipsamet pars deserta, (cum heres ejus vel proximus cognatus ad hunc finem, ut desertor jus succedendi amittat, frustrà actionem

inten-

intendat) & prius cognito negotio Judex privationis causam justam & sufficientem pronunciaverit, & matrimonium per sententiam fuerit dissolutum.

d. Const. Electoral. 26. in pr. verb. und solche Ursachen zu recht erheblich und gnugsam erkennet werden.

vid. hîc

Schneidew. *ad tit. J. de success. ab intest. rubr. de success. inter vir. & uxor. n. 23.* Moller. *ad d. const. 26. n. 3. p. 3.* Berlich. *p. 3. concl. 36. n. 16. & seqq.* Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. p. 2. q. 90.* Carpz. *p. 3. const. 25. def. 1. 10. & 17.* Mev. *in commentar. ad Jus Lubecens. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 446. & seqq. & p. 5. decis. 136.* Dn. Schilter. *l. 2. instituт. Jur. Canon. tit. 12. §. 8.*

quod ipsum tamen ad Conjugem innocentem extendi 70.
non debet, cum desertio Conjugis alteri nocere nequeat, quominus debitam portionem statutariam, ex bonis Conjugis desertoris petere valeat.

arg. *l. Grachus 4. C. ad L. Jul. de adulter.*

prout & hoc expeditum est, quod tantummodò ex iis bonis, 71.
quæ Conjux desertor jam ante divortium acqvisivit & pendente jam processu desertionis, nondum tamen facta per sententiam matrimonii dissolutione, ipsi per successionem fuerunt delata, prædictam portionem conseqvi debeat Conjux innocens; ex bonis verò post separationem desertori jure successionis vel alio modo delatis, ipsi portio statutaria non debeatur, vel. pluribus deduc.

Carpzov. *p. 3. de Const. 26. def. 23. & in Resp. Elector. l. 6. tit. 10. resp. 109.*

CAP. III.

De reliquis modis, quibus matrimonium contractum totaliter, etiam quoad vinculum conjugale, licet impropriè, dissolvitur.

SUMMARIA.

1. Conjugium interdum statim ab initio non constituit, & inde pro nullo declaratur.
2. (1) Ob impotentiam absolutam & incurabilem.
3. Qualis ea considerandaex parte viri.
4. Qualis ex parte mulieris.
5. Dispiciendum an quis impotens sit absolutè, quoad omnes fœminas; an verò respectivè, quoad hanc illamvè.
6. Impotentia post matrimonium contractum superveniens, id non dirimit.
7. In dubio impotentia præcessisse matrimonium præsumitur.
8. Quid si alteruter conjugum facto malitioso sibi conciliaverit impotentiam?
9. Hoc casu permittendum divortium Dd. asserunt.
10. Liqvido constare debet de impotentiâ antequam ad divortium deveniatur.
11. Distinctio in hac re Dd. duplex,
(1) an visibilis sit impotentia, ac in continenti appareat?
12. (2) An verò adhuc sit dubia & invisibilis?
13. Priori casu ad separationem procedi potest.
14. Posteriori non, nisi certis cautelis adhibitis.
15. Rescindenda etiam conjunctio ob impotentiam, quamvis altera pars prudens & sciens nuptias contraxerit.

16. Nec

16. Nec fratris aut sororis loco habenda, ut vult jus Canonicũ.
17. Quid si acquiescat altera pars in tali conjunctione?
18. Nihilominus de facto rescindenda.
19. Etiamsi à parte habili votum continentiæ, aut juramentum, de servandâ castitate sit præstitum.
20. Inprimis si persona habilis adhuc sit juvenis & succiplena.
21. In personâ enim provectæ ætatis aliud fortasse statuendum.
22. Resolvuntur argumenta Dd. negativam tuentium.
23. Responsio ad primum.
24. ad secundum.
25. De impotentiâ respectivâ doctum.
26. Matrimonium ob quamvis impotentiam dissolvitur, aut potius ab initio pro nullo declaratur.
27. Reliqua quoq; (ut dos & donatio propter nuptias &c.) parti impotenti restituenda.
28. Absoluto processu impotentiæ sententia definitiva sequitur.
29. Formula ejus in Protosynedrio Sax.
30. (2) Ob nimiam propinquitatem sanguinis, matrimonium pro nullo declaratur.
31. In lineâ rectâ.
32. In lineâ collaterali.
33. Item ob nimiam propinquitatem affinitatis matrimonium pro nullo declaratur.
34. In lineâ rectâ.
35. In lineâ collaterali.
36. Tales conjunctiones incestuosæ omninò dissolvendæ.
37. Et transgressores puniendi.
38. In remotioribus gradibus, jure divino prohibitis, tolerari conjugia de facto contracta possunt.
39. Emigrationis tamen pœna contrahentibus irroganda.
40. (3) Ob errorem circa virginitatem, matrimonium pro nullo declaratur.

41. *Canonistarum contraria in hoc casu opinio.*
42. *Nostra verior & rectior.*
43. *Utrique parti hîc conceditur aliud matrimonium.*
44. *Consensus hac in re Dd. nostratium.*
45. *Caute in hoc casu procedendum.*
46. *Devirginatio legitimè probanda.*
47. *Qualiter ea probari queat.*
48. *Advertendum (1) an quis vitiatam ante nuptias sciens duxerit.*
49. - (2) *An stupri gnarus ipse ante vel post nuptias eam cognoverit.*
50. *Priori casu serò accusat mores.*
51. *Posteriori remisisse delictum videtur.*
52. *Nudæ assertioni mariti, ignorantiam stupri commissi, prætendentis non creditur.*
53. *Probare ignorantiam hanc juramento tenetur.*
54. *Inprimis si uxor ignorantiam & abstinentiam mariti à congressu inficiatur.*
55. *Secus si ultrò confitetur.*
56. *Quo casu absque juramento maritus absolvi potest.*
57. *Præjudicium in hac re Protosynedrii Sax.*
58. *Reconciliatio omni diligentiâ prius tentanda, anteqvam hoc casu ad divortium deveniatur.*
59. *Si divortium decernitur, restituenda uxori omnia bona, etiam dona nuptialia, pro dimidiâ parte.*
60. *Formula sententiæ in hoc casu.*
61. *Permittuntur partibus novæ nuptiæ.*
62. *Stupratæ verò absque solenni pompâ, & ferè alio in loco.*
63. *An eadem jura observanda in viro, si stuprum ante nuptias commiserit?*
64. *Sponsalia qvidem hoc casu dirimi possunt:*
65. *Ad nuptias autem nullo modo id extendendum.*

Hacte-

Hactenus diximus de, tribus istis modis, quibus matrimonium verè ac propriè dirimitur, nimirum Adulterio, malitiosa desertione & denegatione debiti cõjugalis: Jam tractandum etiam erit, de illis causis, quibus præter modò memoratos modos, itidem nonnunquam fit matrimonii dissolutio, vel potiùs propriè loqvendo conjugium quod ab initio non constitit, pro nullo declaratur. 1.
„Ubi primum locum obtinebit, Impotentia alterutrius 2.
„Conjugis, eaque vera, perpetua, totalis, ac absoluta & incurabilis, ob quam de jure divino ac humano matrimonium dissolvi posse, elucet ex

Genes. 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 6. l. 30. ff. quando dies legat. l. 10. C. de divort. can. decret. 27. & c. qvod a. interrogasti 28. caus. 27. q. 2. cap. 1. & tot. tit. x. de frigid. & malefic.

& trad.

Gerhard. *de Conjug. §. 658. & seqq. & §. 686.* Sanchez. *de matrim. lib. 7. disp. 92. & seqq.* Schrad. *ad tit. J. de Nupt. n. 93. & seqq.* Bezæ *de Repud. pag. (mihi) 130. & seqq. & pag. 337.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 3. theor. 3. 4.* Cypr. *de jur. connub. c. 9. §. 13.* Beust. *eod. tract. p. 2. c. 14.* Carpzov. *l. 2. definit. Ecclesiast. tit. 11. def. 200. & seq.* Dn. Ziegler. *in animadvers. ad Instiut.* Jur. *Canon. Lancell. l. 2. tit. 12. §. 14. & tit. 16. §. 7.* Brouwer. *de Jure Connub. l. 2. c. 4.* Brunnem. *de Iure Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 2. & seqq. ibique* Dn. Stryk. *in addit.*

Circa quam præmonendum (1) in hac materia quamvis Impotentiam, sive illa naturalis, sive accidentalis & maleficiata sit, tam ex parte viri quam mulieris considerari, & quidem ex parte prioris, an illa ortum trahat ex nimia frigiditate, vel ex privatione membrorum genitalium, ex 3.
vitio naturalia, ut facto hominis, vel ex nimia magnitudine prædictorum membrorum proveniente, vel per fascinum

vel veneficium fuerit procurata, quò etiam referunt ligaturam ligulæ, (das Nestel verknüpffen/) & obserationem seræ pensilis inter Copulationem sacerdotalem factam, de quibus consul.

Delrio *l.3. disqvisit. magic. sect. 4. quæst. 14.* Besold. *in Thesaur. Pract. in verb.* Nestel verknüpffen. Speidel. *in Specul. observat. Histor. Jurid. Politic. eod. verb. pag. 395. & seqq. & in verb.* Ehescheidung. Carpzov. *p. 2. decis. 186.* Zach. *in qvæst. Medico-Legal. l. 3. tit. 1. & l. 9. tit.*

4. Ex parte verò Posterioris (mulieris,) an illa sua natura ita arcta sit & atreta, ut â nemine cognosci, nec vitium illud incisione, (quam fœmina in vita, maximè si incisio sine magno periculo vitæ, aut corporis fieri neqveat, admittere non tenetur,) vel alio remedio, citra summum periculum tolli queat, vel an alio vitio naturali eoque tali sit affecta, quod congressum naturalem non permittat, de qua Impotentia vid.

c. fraternitati 6. & t. t. x. de frigid. & malefic. l. mulierem 14. §. 7. ff. de ædilit. Edict. Zach. *d. tr. lib. 3. tit. 1. qvæst. 7. n. 25. & seqq. & lib. 9. t. 3. q. 2. n. 15. & seqq.* Sanchez. *d. lib. 7. disp. 92. & 93.* Schrader. Kizel. *dd. Loc.* Brouwer. *d. c. 4. n. 16. & seqq.* Dn. Ziegler. *in comment. ad Institut. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 7.* Brunnem. *d. c. 17. §. 7. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* (ubi pag. 669. casum singularem & notabilem mulieris non quidem arctæ, „sed alio vitio naturali, congressum naturalem impe„diente affectæ, & hinc per sententiam â Viro sepa„ratæ refert)

5. (2) observ. qvod Impotentia vel sit Absoluta & Totalis quoad omnes; vel respectiva, respectu unius vel alterius fœminæ, quando sc. alter Conjugum, vel vitio naturæ vel per maleficiũ respectu alteri⁹ potens ad coitum aut generati-

rationem non eſt, cum reſpectu aliarum perſonarum, ad utrumque ſatis aptus exiſtat,

v. hîc Hoſtienſ. *ad tit. x. de frigid. & malefic. n. 9.* Sanchez. *de matrim. l. 7. quæſt. 93.* Zach. *d. l. 3. quæſt. Medico-Legal. tit. l. quæſt. 6.* Brunnem. *d. c. 17. §. 5. 6. 7. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

(3) obſerv. in hac materia Impotentiam tantummodò matrimonium & primam copulam antecedentem, non vero 6. poſt matrimonium ex accidenti ſupervenientem, vel per caſum ſubſequentem attendi debere, cum juris expediti ſit, & apud Dd. noſtros in confeſſo, quod ob priorem ſaltem non autē poſteriorem impotentiam qualēcunque, vel aliud corporis vitium, poſt Nuptias ſuperveniens, maximè ſi ſine culpa tale impedimentum uni ex conjugibus accidiſſet, diſſolvi debeat Conjugium per

text. expr. in c. quod. a. 27. q. 2. can. ſi qui matrim. 32. q. 7. l. ſi dotem 22. §. ſi maritus 7. Nov. Imp. Leon. 98. Gerhard. *de Conjug. §. 658. & 685.* Dn. Scherzer. *in Syſtem. Theol. loc. 27. th. 18. pag. 835.* Sanchez. *d. tr. lib. 7. diſp. 102.* Beuſt. *p. 2. de matrim. c. 14.* Harpr. *ad §. 11. J. de Nupt. n. 136. & ſeqq.* Kizel. *d. tr. c. 3. theor. 4. lit. b.* Schrader. *ad tit. J. de Nupt. p. 2. n. 105.* Arniſ. *de jur. Connub. c. 6. ſect. 8. n. 23. & 26.* Carpzov. *in pract. Crimin. p. 2. q. 61. n. 17. 18. & l. 2. definit. Eccleſ. d. t. 11. def. 202.* Haveman. *in Gamalog. Synopt. l. 3. t. 7. poſit. 12.* Brunnem. *de Jur. Eccleſiaſt. d. c. 17. §. 2. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* Dn. Ziegler. *in dict. Comment. ad Inſtit. Jur. Canon. l. 2. t. 12 §. 14. tit. 16. §. 7.*

In dubio autem & quando certò ſciri nequit an Impotentia præceſſerit matrimonium, vel illud ſupervenerit, præſu- 7. mitur, qvod præceſſerit.

arg. cap. Abbate ſanè 3. x. de ſent. & re judic. in 6t.

Et

Et ita etiam ſtat.

Hoſtienſ. *ad tit. x. de frigid. & malefic. n. 7.* aliiqve Canoniſtæ *ad c. fraternit. 6. x. d. t.* Beuſt. *d. c. 14.* Schrad. *ad d. t. Inſtit. n. 104.*

8. Quod ſi vero (4) alteruter Conjugum facto ſuo malitioſo, propria ve culpa ſibi conciliaverit Impotentiam, (e.g. ſi ſua culpa virilia aut mulier pudenda amiſiſſet, cujuſmodi caſus rariſſimè dabilis exiſtit cum hodiè non inveniantur Hierophantarum & Originis ſectatores,) vel aliud damnum irreparabile uni contigiſſet, & pars ſana ſe continere nequeat, hoc caſu talem conjugem in effectu pro malitioſo deſertore habendum, ac propterea pro ratione circum-
9. ſtantiarum quandoque etiam propter Impotentiam ſupervenientem & propria Conjugis culpa doloſè procuratam divortium permittendum eſſe, aſſer. poſt

Panormit. *in cap. ex literis in fin. x. de frigid. & malefic.* Beuſt. *p. 2. de matrim. c. 14. §. quando a.* Arniſ. *de jur. Connub. c. 6. ſect. 8. n. 23.* Dn. Stryk. *in addit. ad Jus Eccleſiaſt.* Brunnem. *d. l. 2. c. 17. §. 2.*

Priusquam autē ad diſſolutionem matrimonii procedatur,
10. (5) ante omnia certò & liquido de frigiditate & Impotentia viri & mulieris, illamque perpetuam, incurabilem ac talem eſſe, quæ congreſſum conjugalem penitus impediat, conſtare debet, ubi diſtingvunt Dd. an Impotentia per ſe per-
11. petua & manifeſta ſit, & de ea ex ſignis viſibilibus ac corporis inſpectione, (quæ per Medicos & Chyrurgos juratos, aut obſtetrices juratas & expertas in opere matrimoniali, expedienda, illarumque perſonarum, tanquam peritarum in arte relatio ritè facta plenè probat, ſecund.

Paul. Zach. *tom. 3. quæſt. Medico-Legal. deciſ. 48. (ubi proceſſum inſpectionis trad.) & deciſ. 56. n. 13.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 312. & concl. 816. & 888. aliosque Dd.*

add. Thom.

Thom. Sanchez *de matrim. l. 7. disp. 107. 108. 109. 110. & seq. & disp. 113. (qui latissimè hanc materiam resolvit)* Speidel. *in Specul. observat. Juridic. Historic. Politic. in verb.* Ehebeschreibung *p. 268. & seqq.* ubi cum Sanchez. d. disp. 109. n. 15 congressum præsentibus peritis Matronis, Medicis & Judice, "daß der maritus auff solche masse eine Probe und Schulrecht ablegen soll) tanquam rem turpissimam honestati naturali planè adversam, nulloqve jure concessam, summè improbat, & oculatos testes hîc nullatenus adhibendos esse, rectè censet.)

statim ac in continenti appareat, alterutram personam ad coeundum prorsus esse inhabilem, atq; nullam planè medelæ spem superesse, (veluti si Mas testiculis aut virga careat, aut mulier nimium arcta sit) an vero impotentia adhuc sit dubia, & externis sensibus comprehendi non possit, 12.
sed invisibilis sit. Priori casu concludunt Dd. comm. statim nullo tempore expectato, etiam absque juramento 13.
Conjugum & propinquorum, ad separationem procedi posse, quæ opinio etiam in praxi observatur. Posteriori
vero statuunt Dd. infrà allegati, aliique, adhuc Triennium 14.
continuum (non â die contracti matrimonii, sed tentatæ copulæ computandum) etiamsi uterque Conjux alterius Impotentiam fuerit confessus, expectandum, & interea remediis tam spiritualibus quam naturalibus, atque ope Medicorum, (non vero si per maleficium causata fuerit inhabilitas, malefici, cujus opera hîc nullo modo adhibenda) utendum, eoque tempore elapso & si nec tum impedimentum cessaverit, prævia nova inspectione, accedente simul confessione impotentiæ, utriusq; Conjugis jurata, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, (â quibus de credulitate jurandum, quod Conjuges se invicem non cognoverint) secund.

cap. laudabilem 5. x. de frigid. & malefic.

(qui tamen mod9 jurandi cum septima manu propinquorum hodiè in Consistoriis nostris Saxonicis non observatur, & alibi, etiam observantiam cessare attestatur. Brunneman. *de Jur. Eccles. d. l. 2. c. 17.* §. 3. matrimonium solvi, vel potius pro nullo declarari debere, & utroque casu parti integræ & valenti, copiam novarum Nuptiarum faciendam, & impotenti matrimonium interdicendum esse, per

auth. hodiè C. de Repud. Nov. 22. c. 6. d. cap. laudabilem 5. x. d. t.

Et hanc distinctionem in præcedentibus tractatam comprobant & seqvuntur

Gerhard. *de Conjug.* §. 660. Sanchez. *de matrim. l. 7. disp. 97. n. 2. disp. 102. & disp. 109. & seqq.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 311. vol. 2. concl. 816. & 888.* Schrader. *ad tit. I. de Nupt. d. p. 2. n. 100. & 106.* Menoch. *de arbitr. Judic. cas. 519. (qui hanc materiam latè pertractat.)* Beust. *d. p. 2. c. 14.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 3. theor. 4.* Hapr. *ad* §. 11. J. *de Nupt. n. 157. & n. 156. & seqq.* Rittershus. *de differ. jur. civil. & Canon. l. 2. cap. 13.*

add.

Havem. *suprà citat. loc.* Zach. *in tom. 4. quæstion. Medico-Legal. decis. 48.* Brouwer. *de jur. Connub. l. 2. c. 4. n. 14. 15.* Brunnem. *de jur. Ecclesiast. d. l. 2. c. 17.* §. 2. 3. & 4. *ibique in addit.* Dn. Stryck.

15. Et hæc sententia de matrimonio ob Impotentiam immedicabilem dissolvendo, procedit, etiamsi vir vel mulier, sciens ac prudens, nuptias cum impotente contraxisset, cum ille eave nihilominus, scientia non obstante, ad divortium provocare possit. Quamvis enim in ejusmodi casu, conjugium non rescindendum, sed impotentem Conjugem,
16. fratris vel sororis loco habendum esse, velit Jus Pontificium in *cap.*

cap. consultationi 4. x. de frigid. & malefic.
illique adstipulentur
Hostiens. *in summ. ad d. t. n. 16.* Schrader. *ad d. t. n. 106.* (*ubi quoad personam habilem juvenem limitat*) Canis. *in comment. ad c. 4. x. d. t.* Beust. *de jur. connub. p. 2. c. 14.* Harpr. *ad d. §. u. J. de Nupt. n. 142.* Kizel. *d. cap. 3. theor. 5.* Carpzov. *d. l. 2. d. Jurispr. Consistor. tit. 1. def. 202.*
eòque qvoad Impotentes casu quodam tales factos inclinet Dn. Stryck. *d. c. 17. §. 2. pag. 665.*
Nobis tamen magis placet opinio contraria, nimirum talem conjunctionem ob Impotentiam maximè notoriam & planè incurabilem, sive illam resciverit pars habilis, sive minus, sive conqveratur sive in ejusmodi conjunctione acqviescere velit, prorsus nullam, & in omni benè consti- 17.
tuta Ecclesia ac Republica nullo modo tolerandam, sed ob summum scandalum exindè emergens, aliaque maxima inconvenientia & absurda, quæ ejusmodi matrimonium indubiè secum trahit, illud omnibus modis impediendum, aut de facto jam contractum, omnino rescindendum esse 18.
consent.
Sanchez. *de matrim. d. l. 7. q. 97. n. 12.* Beza *de divort. & repud. pag. (mihi) 136. & seqq. & pag. 372. & seqq.* Brunnem. *d. tr. l. 2. c. 17. §. 2.* ibique Dn. Stryck. *in addit.*
Neque hîc obstare putamus, votum continentiæ, aut juramentum de servanda castitate â persona ad conjugium habili præstitum; Cum utrumque rem per se impossibilem 19.
involvat, planè sit illicitum, impium, divino ac humano juri contrarium: impossibilium vero nulla sit obligatio,
l. filius 18. ff. de condit. instit. l. 185. ff. de reg. jur. c. 26. x. de jurej. cap. non est obligator. de reg. jur. in 6to.
prout pluribus deduximus suprà p. 1. in mater. repud.

consent. Beza *d. tr. pag.* (mihi) 180. & *seq.* 7.

20. Quæ doctrina maximè procedit, si persona habilis adhuc sit Juvenis, succiplena, & ustionibus carnis obnoxia, 21. nec se continere valeat; Quoad personam enim provectæ jam ætatis, & incontinentiæ stimulis non agitatam præprimis si ad concipiendum & generandum haud amplius idonea existat, & eatenus omnis spes deficiat, forsan aliud dicendum videtur, nimirum illi scienter cum Impotente contrahenti & dissolutionem non quærenti, quandoque pro ratione circumstantiarum, mutui adjutorii gratia, conjugium concedi posse. Consultius tamen putarem, si neque hoc casu matrimonium admittatur.

22. Et huic sententiæ de Conjugio à persona habili scienter cum impotente contracto dissolvendo, in præcedentibus à nobis defensæ, non contrariantur argumenta à Dd. 23. negativam comprobantibus adducta. Ad 1. enim, nimirum d. cap. consultationi 4. x. de frigid. & malefic. respond. constitutionem istam per se iniquam & planè ineptam esse, & cum

Dn. Ziegler. *in Animadvers. ad Institut. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 7.*

d. c. 4. x. d. t. non resolvere quæstionem propositam, cum nullum sit matrimonium cum sorore, & sine uxore non 24. possit intelligi matrimonium &c. Ad (2) vero objection. quod sc. persona alterius vitii conscia proculdubio fraudem sit meditata, decipiendo Ecclesiam, Rempublicam & semetipsam, ac proindè, si divortium quærat, dolus ipsi, prodesse non debeat &c. Respondetur: Imò majus malum, majoraque incommoda & inconvenientia ex ejusmodi tolerantia, quam ex dissolutione exoriri, & ex priori Ecclesiæ pariter ac Reipublicæ magnum scandalum præberi, cui in benè constituta Republica omnibus modis obvi-

obviam eundum, secund. Dd. comm. & denique per dolum hîc intervenientem scandalum removeri nullo modo posse.

Et hæc omnia, hactenus dicta, indubiè in Impotentia absoluta, totali & immedicabili ita obtinent; ubi talis Impotentia personam inhabilem per totum vitæ tempus ad contrahendum Conjugium indistinctè reddit incapacem. De impotentia verò Respectiva aliud dicendum, scil. virum vel mulierem, tantummodò respectu unius vel 25.
alterius personæ, propter impedimentum aliqvod perpetuum & incurabile impotentem, respectu aliarum autẽ ad congressum & generationem aptam, â persona habili omnino separari debere, etiam quoad vinculi dissolutionem; adeò ut si conjux respectivè impotens post separationem jã alii juncta fuerit, postea autẽ ex novo conjugio appareat, non potuisse fœminam â primo cognosci, nisi per usum secundi, illa primo restitui & posterius matrimonium ritè contractum, prætextu prioris per Judicẽ, facto divortio diremti, turbari aut dissolvi non debeat, vel. post Covarruv. & Canis. contra Canonistas rectè doc.

Dn. Ziegler. *d. t. 16. §. 7.* Brouwer. *de Jur. Connub. d. lib. 2. c. 4. n. 15.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *d. c. 17. §. 5. 6.*

confer.

Sanchez. *d. tr. lib. 7. q. 93. 98. 99.* (*ubi de hac impotentia prolixè agit*) & ex parte Hostiens. *ad d. t. x. de frigid. & malefic.*

Ex prædictis igitur satis superque constat, ob impotentiam 26.
quamvis, sive illa sit totalis & absoluta sive respectiva perpetua matrimonium penitus, tam qvoad conjunctionem quam cohabitionem dissolvi imò potius pro conjunctione ab initio nulla declarari, & Conjugi sanæ ac potenti liberã

facultatem contrahendi alterius matrimonii permitti debere.
27. Ex quo etiam sequitur, omnia ejusmodi matrimonium consequentia, (putà dotem & donationem propter Nuptias) invalida haberi, & hinc Conjugio hoc modo pro nullo declarato, parti impotenti dotem omniaque illata, tam paraphernalia quàm receptitia restituenda esse, secund.

L. 39. §. 1. ff. de jur. dot. l. pen. ff. quand. dies legat. ced. cap. fraternitati 6. x. de frigid. & malefic. Geil. *l. 2. obs. 80. n. 12.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 3. theor. 4. lit. c. & Dd. poss.*

28. Deniq; absoluto Processu Impotentiæ in foro Ecclesiastico & competente instituto, & si ad exhortationem Judicis pars habilis impotentem in matrimonio retinere, ipsamque ut fratrem, vel sororem tractare constanter recuset, tandem sententia definitiva, (cujus formulam etiam refert

Beust. *de jur. Connub. p. 2. c. 13*)

in Consistoriis Saxonic. & in specie in Protosynedrio Elector. Dresdensi fertur hisce formalibus:

29. Daß die zwischen Klägern und Beklagten/ (vel zwischen Klägerin und Beklagten) angemaßte Ehe vor nichtig und unbündig zu halten/ massen wir sie hiermit darfür erkläreen und erkennen/ und Klägern/ (vel Klägerin/) sich anderweit Christlich zu verehlichen verstatten und nachlassen. Es ist aber Kläger der Beklagtin ihr gesamtes zu ihme gebrachtes Vermögen an Erb- und Gerade-Stücken/ wie auch das halbe Hochzeit Geschencke binnen Sächs. Frist abfolgen zu lassen und auszuantworten schuldig/ ita pronunciatum novimus in prædicto summo Consistor. Elector. Saxon 18. April. 1681. in causa Hanns Pezolten Klägern eines/ Elisabeth Lißkin Bekl. anders Theils

Præterea (2) matrimonium etiam hoc casu, pro nul-
30. lo & ab initio vitioso declaratur, quando in gradibus jure divino & morali positivo, Levit. 18. & 20. vel expressis verbis, vel ob identitatem paritatem ac vicinitatem gradus,

dus, & analogicè prohibitis, iſtisque caſibus, in quibus diſpenſatio locum non invenit, de facto fuit contractum matrimonium, puta quoad conſanguinitatem (1) in linea recta inter Aſcendentes & deſcendentes, ſive illi naturales & legitimi ſint ſive naturales tantum, ubi prohibitio eſt in 31.
infinitum (2) in linea collaterali æquali, in primo gradu 32.
inter fratrem & ſororem, nec non in æquali, inter fratrem & fratris vel ſororis filiam itẽ inter fratris filium & amitam vel materteram (Vater oder Mutter Schweſter) vel inter fratris nepotem ejuſque amitam magnam (Groß-Vaters oder Groß-Mutter Schweſter) cum prædictæ perſonæ ſuprà n. 2. recenſitæ, (extra fratrem & ſororem) indubiè parentum & liberorum loco ſint, adeòque tam de jure divino quam humano tale conjugium pro irrito nullo ac inceſtuoſo, imò nefario habeatur, ſecund.

Gerhard. *de Conjug.* §. 258. 259. & *ſeqq.* Dn. Scherzer. *in Syſtem. Theolog. loc.* 27. *pag.* 769. & *ſeqq. uſque ad pag.* 779. Kizel. *in Synopſ. matrim. c.* 3. *theor.* 13. Haveman. *in Gamalog. Synopt. l.* 2. *tit.* 5. *poſit.* 7. Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſtor. l.* 2. *tit.* 5. *def.* 73. & *tit.* 6. *def.* 111.

Idem dicendum de Conjugio putativo in Affinitate in gradibus de jure divino & morali interdictis celebrato, v. g. 33.
ſi Nuptiæ contrahantur (1) in linea recta primi generis 34.
affinitatis, inter Privignum & Novercam, Nurum & Socerum & reliquos Affines aſcendentes & deſcendentes. (2) in linea collaterali æquali inter fratrem & fratris viduam, 35.
vel defunctæ uxoris ſororem, nec non inter Mævium ejuſque Patrui vel Avunculi, vel etiam Patrui magni vel Avunculi magni viduam (Vater oder Mutters Bruder / oder auch Groß-Vaters oder Groß-Mutter Bruders Wittben) quò etiam aliqui referunt Uxoris prædefunctæ ſororis filiam, (des verſtorbenen Weibes Tochter quibus hodiè aſſentit ſupre-

mum

mum Consistorium Dresdense) cum omnes modò memoratæ conjunctiones sint incestuosæ, jurique divino planè contrariæ, prout plurib. deduc.

Gerhard. *d. loc. §. 267. & seqq.* Dn. Scherzer. *d. lo. 2. pag 776. & seqq.* Kizel. *d. c. 3. th. 13.* Havem. *d. tr. lib. 2. tit. 5. posit. 8.* Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. lib. 2. tit. 5. def. 89. 90. 91. 92.*

Quoad hosce igitur gradus consangvinitatis & Affinitatis proximos suprà relatos, firmiter concludendum, Conjugia incestuosa in illis contracta, & per copulam consumata, in qualibet benè constituta Republica, ob summum scandalum exindè enascens, aliaque maxima incommoda,
36. nullo modo concedenda nec toleranda, sed illa absolutè & indistinctè, sive scienter, sive ignoranter in gradibus lege divina prohibitis fuerint contracta, sive ita conjuncti separationem petant, sive separari nolint, penitus annullanda,
37. & transgressores præceptorum divinorum debitis pœnis afficiendos esse, atque ita nobiscum sent. ex Theologis

Gerhard. *d. l. §. 289. 316. & 649.* Beza *de Repud. pag. (mihi) 98.* Balduin. *de casibus conscient. lib. 4. tit. 13. c. 9.* Brochman. *in Systém. Theolog. art. de Conjug. c. 4. quæst. 51.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 2. tit. 5. posit. 9. reg. 16. & tit. 7. regul. 2. & lib. 3. tit. 14.*

ex JCtis vero

Schrader. *ad tit. J. de Nupt. n. 110. & seqq.* Schneidew. *ad d. t. p. 3. n. 5. 6. 7. 8.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 3. theor. 13. & 22.* Farinac. *p. 5. oper. crimin. tit. 16. q. 149. n. 134. 137. 141. & seqq. & n. 144.* Perez. *ad tit. C de Incest. Nupt. n. 11. & seqq.* Brunnem. *ad auth. ex complexu C. eod tit.* Idem *de Jure Ecclesiast. l. 2. c. 16. §. 27. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* Dn. Ziegler. *in not. & animadvers. ad Institut. Jur.*

Jur. Canon. l. 2. tit. 12. §. 10. Esbach. *in not. ad* Carpzov. *p. 4. conſt. 23. def. 11.*

Conſent: quoad aſcendentes & deſcendentes in linea recta, & gradum primum lineæ æqualis, in linea collaterali Carpzov. *d. conſt. 23. def. 11. & in Juriſpr. Conſiſtor. l. 2. t. 6. reſp. 99. n. 12. & ſeqq.*

Et qvamvis quoad reliquos grad9 remotiores Conſangvinitatis & Affinitatis lineæ transverſalis, jure divino interdictos, nec non primum gradum ſecundi generis affinitatis, idem dicendum videatur, nimirum de jure ſtricto ob manifeſtam nullitatem, & eandem prohibitionis rationem militantem talia Conjugia dirimenda eſſe, eòq; inclinent, Gerhard. *de Conjug. §. 346. & 649. &* Havem. *d. tr. lib. 2. tit. 5. poſit. 9. reg. 16.*

Pro ratione tamen circumſtantiarum & graviſſimis ex 38. cauſis nonnunquam ejuſmodi Conjugia de facto contracta, & re haud amplius integra absque ſeparatione tolerari poſſe, praxis & obſervantia Conſiſtoriorum Eccleſiaſticorum nos edocet. Licet taliter contrahentibus, ex ſententia & judicio Theologorum noſtratium & Conſiſtoriorum Saxonicorum, (quibus calculum ſuum adjicerunt Facultates Theologicæ Lipſienſis & Wittebergenſis in conſiliis ſuis Anno 1675. & 1676. Protoſynedrio Dreſdenſi transmiſſis,) in Chriſtiani Principis & Magiſtratus territorio domicilium non permittendum, ſed illis ad evitandum 39. ſcandalum, emigratio in aliam provinciam & regionem injungenda ſit. Prout etiam antehac ſub regimine Sereniſſ. Elector. Saxon. Joh. Georgii I. p. m. in Electoratu noſtro Saxonico obſervatum, & contrahentibus pœnā emigrationis ex provinciis prædicti Electoratus irrogatam fuiſſe novimus.

Hiſce in præcedentibus tractatis modis diſſolvendi

matrimonium meritò quoque hîc subjungimus, dissolutio-
40. nem (3) ob Errorem circa Virginitatem contingentem, si scil. uxor, quam pro virgine atque intemerata duxit, ante Nuptias ab alio aut deflorata solum, aut corrupta simulque gravida reperiatur. Circa quem modum Canonistæ
41. quidem, vinculum Conjugii nequaquam rumpendum arbitrantur, ut videre licet ex

can. unic. caus. 29. quæst. 1. circa fin. Institut. Jur. Canon. Lancellot. lib. 2. tit. 12. 12. §. 1.

nec non ex trad.

Panorm. *ad cap. 2. x. de Conjug. serv.* Covarruv. *in Epitom. caus. matrim. p. 2. c. 3. §. 2.* Petr. Gregor. *lib. 2. Syntagm. c. 2. n. 4.* Bronchorst. *cent. 2. assert. 17.* Wesenb. *in parat. ff. de Rit. Nupt. n. 18.* Brunnem. *ad L. consensu C. de Repud. & de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 25.*

Sed proculdubio verior & rectior est communis sententia contraria, nimirum in casu proposito non tantum ob textum expressum

Deuteron. 22. vers. 25.

sed etiam ob errorem hunc virginitatis, ipsam conjugii sub-
42. stantiam (non vero solam qualitatem & accidentalia matrimonii, ut falsò præsupponunt Canonistæ, eorumque asseclæ concernentem) dolum â sponsa ex proposito commissum, ut & deficientem conditionem castitatis â merito tacitè subintellectam, aliasque rationes â Theologis & JCtis, suprà in materia Repudii â nobis in hoc tractatu p. 1. citatis, putà Gerhard. Brochm. Pruckn. Alber. Gentil. Hillig. Arnis. Harpr. Carpz. Havem. Ziegler: fusius adductas, ad instantiam partis innocentis Conjugium, totaliter tam qvoad thorum, quam vinculum ipsum dissolvendum esse, & tam parti deceptæ quam nocenti, (quam etiam
43. stuprator, si ipse velit, ducere potest) licentiam aliud matri-

trimonium contrahendi concedi debere. Et hæc sententia in Ecclesiis ac Consistoriis Statuum Imperii Evangelicorum est recepta, & secundum eam in Consistoriis Saxonicis totâ die pronunciatur, quam etiam præter Dd. d. p. 1. cap. 2. n. allegatos, propugnant post Luther. & Melancht. 44.

Beza *de divort. pag.* (*mihi*) *124. & seq.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 13. c. 20. lit. a.* Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de ritu nuptiar. th. 28.* Ungepauer. *Exercit. 3. q. 8.* Ludwell. *in not. ad Wesenb. parat. ff. d. t. n. 8.* Finckelth. *obs. 30.* Carpzov. *in pract. crimin. p. 2. q. 63. n. 53. & seqq. & indefinit. forens. p. 4. const. 20. def. 12. & in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 11. def. 193. & seqq.* Richter. *p. 1. decis. 90.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccles.* Brunnem. *d. c. 17. §. 25.* (qui in casu factæ impraegnationis demum divortium concedendum putat.) Lauterb. *in Compend. Jur. ad tit. ff. de Rit. Nupt. circ. fin.*

Cautè tamen in præsenti casu semper est procedendum, 45. nec tam facilè divortium permittendum, ut benè monent Dd. suprà relati. Imprimis verò (1) devirginatio ut & 46. graviditas, si illa concurrat, legitimè est probanda, de qua probatione & an illa per apparentiam lactis in mamillis, corruptionem Hymenis, inspectionem obstetricum juratarum, aliarumque matronarum peritarum, (quarum as- 46. sertioni hac in re, maximè concurrentibus adhuc aliis circumstantiis, multum tribuitur) ventris tumorem & confessionem mulieris fieri possit, vid.

Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 7. c. 9.* Sanchez. *de matrim. l. 7. q. 113.* Arnis. *de jur. Connub. c. 2. sect. 3. n. 16. & seqq.* Paul. Zach. *l. 6. quæst. Medico-Legal. tit. 2. q. 1. 2. 3* Menoch. *de præsumt. l. 6. præsumt. 89.* Ruland. *de Commissar. p. 1. lib. 4. c. 17.* Kizel. *in Synops. matrimon. c. 4. theor. 19.*

lit. c. Esbach. *in not. ad* Carpzov. *p. 1. const. 26. def. 5.* Brouwer. *de jur. Connub. l. 1. c. 18. n. 25. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 1. tit. 5. posit. 7. n. 6. & seqq.*

48 Deindè (2) omni ſtudio in veſtigandum, an quis vitiatam, vel imprægnatam ab alio ante Nuptias, ſciens & prudens
49. duxerit, vel ſtupri benè gnarus, ab ea non abſtinuerit, ſed corruptam ante vel poſt nuptias ut maritus cognoverit;
Priori enim caſu ſerò accuſat mores, quos uxorem ducen-
50. do approbavit,

l. 13. §. ult. ff. ad L. Jul. de Adult.

& injuſtè conqueritur, qui ſcivit alium defraudare & conſenſit,

l. 145. ff. de reg. Jur.

cum culpa ſua damnum ſentiat;

l. 203. ff. d. t. & cap. 86. de reg. jur. in 6.

Poſteriori caſu tacitè remiſiſſe uxori delictum, & voluiſſe
51. abolitam hanc injuriam ſua diſſimulatione æſtimabitur, & hîc eadem ratio militat, quæ quoad maritum adulterii uxoris conſcium, & cum ea nihilominus conſveſcentem, obtinet, ac proindè utroque caſu reſciſſio matrimonii fruſtra qværitur. Et ita ſent.

Gerhard. *d. l. §. III.* Beuſt. *de jur. connub. p. 2. de matrim. cap. 34.* Kizel. *d. c. 4. theor. 19. lit. e. & g.* Finckelth. *d. obſ. 30. n. 83.* Carpzov. *in pract. crim. p. 2. q. 63. n. 61. 62. & in Jurispr. Conſiſtor. d. l. 2. tit. II. def. 197.* Havem. *d. t. 5. poſit. 7.* Richter. *p. 1. deciſ. 90. n. 9.* Brouwer. *d. c. 18. n. 27. & 30.*

Ex prædictis igitur ſatis liquet, mariti ignorantiam ſtupri
52. ante Nuptias uxori illati, ut & abſtinentiam à congreſſu conjugali, pro præcipuis requiſitis hujus diſſolutionis haberi. Quia autem nudæ aſſertioni mariti uxorem ſuam cognoſcentis, illique ignorantiam ſtupri anteà commiſſi præ-

prætendenti, non creditur, & in casu præsenti præsumtio ignorantiæ indubitata non est, præsertim si uxor ex stupro gravida aut partui proxima sit, ideòque Dd. hîc marito probationem ignorantiæ injungunt, eamque juramento fieri debere statuunt, & tenetur tùm jurare maritus: 53.
daß er umb der Cajæ Zustand oder Schwängerung einige Wissenschafft nicht gehabt/auch nach erlangter Wissenschafft ihres Falls dieselbe nicht mehr fleischlichen erkennet habe 2c.

Vid. Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 11. def. 198.* Havem. *l. 1. Gamalog. Synopt. tit. 5. posit. 7. n. 2.* Lauterb. *in Compend. Jur. ad tit. ff. de ritu Nuptiar. pag. 715.*

Quod etiam praxis hodierna Consistoriorum observat. Et hæc sententia præprimis procedit isto casu, quando Uxor 54.
stuprata prætensam mariti ignorantiam, simulque abstinentiam ejus ab ulteriori congressu, post cognitionem stupri ab alio illati, inficiatur. Aliud aut. dicendum, si mulier 55.
vitiata non tantum stuprum antegressum, sed etiam ignorantiam & abstinentiam mariti, seque ipsi commissum delictum & graviditatem celasse, daß sie ihme ihren Zustand oder auch Schwängerung gäntzlich verschwiegen/, ultrò confiteatur; Tum enim absque prævio juramento maritus statim ab- 56.
solvi potest, teste Experientia. Et ita in Protosynedrio Dresdensi decisum fuit 14. Octobr. 1681. in causa Andreen Lehmannen Klägern eines/ Marien Christinen Knautin Beklagtin an- 57.
ders theils.

Priusquam vero (3) ad divortium h. c. devenitur, ex observantia itidem in Consistoriis recepta, Reconcilia- 58.
tio inter maritum & vitiatam, omni diligentia, ac quibuscunque modis & persvasionibus id fieri potest, tentari debet, ita ut non tantum mulier seriò admoneatur, quò veniam delicti à marito humiliter petat, sed etiam maritus adhortetur, ut uxori christianè dolum & fornicationem con-

donet, eique ulterius cohabitet, quæ reconciliatio tentata,
59. si obtineri & perfici non poterit, ad dissolutionem demum Conjugii procedendum est, restitutis simul uxori omnibus bonis illatis, tam dotalibus quam paraphernalibus, unà cum dimidietate bonorum Nuptialium, secund.

Gerhard. *in loc. de Conjug. §. m.* Beust. *p.* 2 *de matrim. c.* 34. Schneidew. *ad tit.* J. *de Nupt. p.* 4. *n.* 61. Kizel. *in Synops. matrim. c.* 4. *theor.* 19. *lit. d.* Carpzov. *in pract. crim. d. q.* 63. *n.* 61. 62. & *p.* 4. *def. forens. const.* 20. *def.* 12. *n.* 16. & *in jurispr. Consistor. tit.* 11. *def.* 195. & 199. Finckelth. *obs.* 30. *n.* 50.

concord.

Ordinat. Consistor. Marchio. 64. quam alleg. Brunnem. *d. tr. lib.* 2. *c.* 17. *§.* 25.

Et absolvitur tandem maritus, prævia sufficiente causæ cognitione ab omni vinculo conjugali (Es wird die zwischen dem Cajo und der Seia vollzogene Ehe hinwiederumb cassiret/ und der Seia ihr Einbringen und Vermögen nebenst dem halben Hochzeit-Geschencke abgefolget.)

hac vel simili forma:

60. Dieweil Beklagtin gestanden/ daß sie vor der mit Klägerin beschehenen Verehlichung sich von einem andern schwängern lassen/ und darauff unlängsten eines Kindes genesen/ Kläger auch auff unser Zureden/ Beklagtin nicht verzeihen/ noch sie hinwieder zu sich nehmen wollen/ etc. vel h. m. Dieweil Beklagtin nicht abredig gewesen/ daß sie vor der mit Klägern vorgegangenen Verlöbnis/ mit N. N. fleischliche Unzucht getrieben (quandoque additur, si imprægnatio accesserit, und eines Kindes genesen/) Kläger aber sich ihrer enthalten/ auch über allen angewandten Fleiß zu der Aussöhnung nicht zu bringen gewesen/ so wird daher aus angeregter Uhrsache die zwischen Klägern und Beklagtin vollnzogene Ehe billich wiederumb cassiret und auffgehoben/ addit. etiam in supremo Consistorio Dresdensi, massen wir dieselbe hirmit cassiren und auffheben) Klägern auch als dem unschuldigen Theil/ vel beyden Theilen in andere wege sich Christlichen zu verehlichen verstatten und nachlassen. Es ist

aber

aber Kläger der Beklagtin ihr Einbringen nebenst dem halben Hochzeit-Geschencke auff vorgehende Liquidation und Bescheinigung abfolgen zu lassen schuldig.

Hac absolutione subsecuta, non solum marito novū matrimonium inire licet, ut suprà dictum, sed etiam stupratæ post sententiam alteri præsertim stupratori (volenti sc. cogi enim nequit) nubere permittitur, ita tamen, ut hoc casu posteriori absque solenni pompa, alioque in loco, si commodè fieri posset, Nuptiæ contrahantur. 61. 62.

v. Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. l. 2. tit. 11. def. 194.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *d. l. 2. c. 17. §. 25.* (*ubi hoc præjudicio firmat.*)

Sed an prædicta jura de dissolutione matrimonii quoad uxorem ab alio vitiatam, in præcedentibus adducta, ad Maritum quaque stuprum & fornicationem ante Nuptias committentem applicari debeant? controvertunt hîc Dd. Et licet in casu sponsaliorum contractorum, & matrimonio nondum per Nuptias consummato, sponsa ob stuprum & fornicationem sponsi ignoratam, ipsi repudium remittere possit, illudqve decernendum, & sponsalia dissolvenda esse, suprà à nobis h. tractat. p. 1. cap. 2. fuerit deductum; hoc tamen ad præsentem casum, consummati jam per Nuptias Conjugii, nullo modo extendi potest, ob magnam & indubitatam rationem diversitatis h. e. inter virum & fœminam existentem, & argumenta satis ponderosa, quæ adduc. 63. 64. 65.

Cypr. *de jur. connub. cap. 13. §. 77.* Hillig. *in Donell. l. 13. c. 20. lit. a. pag. 1131.* Carpz. *p. 4. definit. for. const. 20. def. 13.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 29. th. 25.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *d. c. 17. §. 25.* (ubi limitat, si sponsus post sponsalia contracta aliquā imprægnaverit cujus notitiam demum consummato ma-

matrimonio conseqvitur uxor, illoqve casu propter adulterium concurrens, matrimonium dirimendum esse censet.)

CAP. IV.

De Spuriis ac Insufficientibus Divortii causis.

SUMMARIA.

1. (1) Ob dotē promissam, nec exsolutam non dissolvitur matrimonium.
2. Ratio hujus rei prima,
3. - Secunda,
4. - Tertia,
5. Quid si sub expressâ dotis conditione matrimonium sit promissum?
6. Sponsus ante impletam conditionem consummare matrimonium non tenetur.
7. (2) Ob paupertatem aut obærationem matrimonium non dissolvitur.
8. Quanquam dolo & fallaciis pars altera inducta,
9. Quia dolus hic non est circa Essentialia matrimonii.
10. Et dolus dans causam contractui conjugali, eundem consummatum non annullat.
11. Dissentiunt hîc quidam.
12. Sed nostra sententia verior & conscientiis tutior.
13. (3) Ob furtum, homicidium aliudve (extra carnis) delictum matrimonium non dissolvitur.

14. Nec

14. *Nec tamen pars invita partem punitam sequi tenetur.*
15. (4) *Ob infidelitatem, hæresin & diversitatem religionis subsecutam matrimonium non dissolvitur.*
16. *Canonistæ tamen contrarium statuunt.*
17. *Quorum opinio quoad sponsalia nobis expedita & vera videtur.*
18. *Non etiam quoad consummatum jam matrimonium.*
19. *Quia disparitas religionis est saltem causa impediens, non dirimens matrimonium.*
20. *Quod probatur & Textibus SS. Scripturæ, & rationibus.*
21. *Nisi ad defectionem à verâ fide accedat malitiosa desertio.*
22. *Tunc enim divortium denegandum non est.*
23. (5) *Ob furorem & morbum incurabilem supervenientem non dissolvitur matrimonium.*
24. *Separatio tamen quoad thorum & mensam exinde fieri potest.*
25. (6.) *Ob votum religionis & perpetuæ continentiæ matrimonium non dissolvitur.*
26. *Nisi accedat pertinax debiti conjugalis denegatio.*
27. (7) *Ob Clericatum asserunt Pontificii matrimonium dissolvi.*
28. *Quorum sententia impia, absurda & omni juri contraria.*
29. *Hinc nostrates rectiùs contrarium statuunt.*
30. (8) *Ob ligamen conjugale an matrimonium dissolvatur, valde controvertitur.*
31. *Distinguendum inter ligamen ex matrimonio, & ex sponsalibus.*
32. *Ligamen ex matrimonio respuit aliud matrimonium.*
33. *Hinc tale consequens matrimonium pro nullo declarandum.*
34. *Et id contrahens pœnâ bigamiæ plectendus.*
35. *Quid si quis bina sponsalia ritè celebraverit, & posteriora plenè & legitimè per consummationem matrimonii firmaverit?*

36. Irritum esse tale matrimonium quidam sentiunt.
37. Contra alii rectiùs id propugnant.
38. Eorum fundamenta, primum.
39. - Secundum.
40. - Tertium.
41. - Quartum.
42. - Quintum & reliqua.
43. Adeò autem posterius matrimonium non rescindendum, licet prioribus sponsalibus concubitus accesserit.
44. Quamvis & hic Jus Pontificium dissentiat.
45. Præjudicium supremi Consistorii hac in re.
46. Levitas tamen ejusmodi commissa severè coërcenda.

HUcusqve tractavimus de veris causis & modis, quibus ob Adulterium, malitiosam desertionem, denegationem debiti conjugalis, impotentiam, incestuosam juriq; divino contrariam conjunctionem, matrimonium propriè & impropriè vel dissolvitur, vel pro nullo declaratur, superest adhuc, ut paucis & causas spurias atq; insufficientes Divortii inspiciamus.

1. Ad hasce referimus, (1) DOTEM â muliere ejusq; parentibus promissam & non exsolutam, cum juris sit expediti, ob hanc causam, uxorem â marito domo haud expelli,
2. multò minus divortium concedi posse (1) per

L. ult. C. de Repud.

3. & quia (2) dos ad matrimonii substantiam nihil pertinet, nec matrimonium â dote dependet, sed contra hæc ab illo,

l. ult. C. de donat. ante Nupt. Nov. 117. c. 3.

4. & (3) maritus ad consequendam dotem legitimis remediis & actionibus experiri debet.

Covarruv. *de sponsal. p. 2. c. 7.* Treutler. *vol. 1. disp. 7. th. 5. lit. c. ibiq;* Bachov. *in not.* Beust. de *jur. Connub. p 2. c. 66.* Wesenbec. *in parat. ff. de jur. dot. n. 6.* ibiq; Ludwell.

in

in not. Joan. Bapt. Costa *in Tr. de quota & rata q. 63. n. 4.* Fachin. *l. 3. controv. c. 48.* Græv. *in Concl. ad Geil. l. 2. Concl. 57. n. 25. & seqq.* (ubi hanc sententiam veriorem & Christianismo convenientiorem esse scribit.)

add:

Sanchez *de matrim. l. 9. dist. 5. n. 17. & seqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. t. 9. q. 11.* Carpzov. *in Jurispr. consist. l. 2. t. 11. def. 205.* Brower. *de jur. Connub. l. 2. c. ult. n. 23.*

Aliud dicendum, si quis sub hac expressa conditione matrimonium promiserit, (si mulier, virgo aut vidua certam pecuniæ summam in dotem attulerit, ac res adhuc sit integra, & matrimonium nondum consummatum; tum enim Sponsum ante impletam conditionem matrimonium consummare non teneri, ex jure & Dd. deduximus supra h. tract. p. 1. 5. 6.

(2.) huc etiam referenda PAUPERTAS Conjugis, aut si multo ære alieno sit gravatus, cum hîc concurrat saltem Error fortunæ & circa qualitates accidentales matrimonii, qualis Conjugium nullo modo vitiat, nec plenariè contractum dissolvit, secund. 7.

c. unic. caus. 29. quæst. 1. Covarruv. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 3. §. 7. n. 2.* Bez. *de Repud. & Divort. pag. (mihi)* 124. Cypr. de *Jur. Connub. p. 1. c. 13. §. 35.* Beust. *d. p. 2. c. 34.* Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 7. c. 4.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 4. theor. 18. lit. f.* Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de Rit. Nupt. th. 28.* Gerhard. *de Coniug. §. 105.* Hillig. *in Donell. Enucl. d. l. 13. c. 20. lit. a.* Carpz. *d. tit. 11. def. 204.* Brouwer. *de Jur. Connub. l. 2. c. ult. n. 23.*

Et hoc usq; adeò verum est, ut matrimonium ob hunc errorem, ne quidem isto casu rescindatur, quando ad errorem simul dolus accessit, putà si prætextu divitiarum ulter- 8.

utra persona contrahentium ad matrimonium promittendum fraudibus & fallaciis fuerit inducta à muliere, vel ei9q; parentibus, aureos montes pollicentibus. Dolus enim
9. hîc non est circa essentialia matrimonii, sed solum modò circa accidentalia ejusdem, & dolus vel etiam causam dans
10. contractui Nuptiali, eundem jam perfectum & consummatum regulariter non annullat: ita stat.

Covarruv. *de matrim. d. p. 2. c. 3. §. 1. n. 4.* Beust. *d. p. 2. de matrim. c. 44. pag. 175.* Schrad. *ad tit.* J. *de Nupt. n. 13.* Cypr. *de Jur. Connub. c. 13. §. 58. n. 4.* Kizel. *d. c. 4. theor. 15. lit. c.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 1. c. 5. n. 3. & seqq.*

consent.

Sanchez *de matrim. lib. 7. dist. c. 18. n. 18. & seqq. aliiq;* Dd. *ab ipso magno numero alleg.*

11. Dissentiunt quidem hîc, & dolum errori fortunæ accedentem matrimonium etiam consummatum abrumpere stat.

Alberic. Gentil. *d. tr. lib. 3. c. 4.* Harpr. *ad rubr tit.* J. *d. Nupt. n. 153.* Carpzov. *d. def. 204. n. 12. & seqq.*

12. Sed contraria sententia Beustii aliorumq; Dd. modò allegatorum tanquam verior & conscientiis tutior, ideòq; priori magis præferenda videtur,

confer hùc Richter. *p. 1. decis. 87. n. 21. & seqq.*

13. PARITER (3) insufficiens causa Divortii est, Furtum, Homicidium, Plagium, Falsum, aliudve delictum, (extra delictum Carnis,) ab alterutro conjugum commissum,

per cap. quæsivit 2. x. de divort. l. 1. C. de Repud. l. res uxoris 20. C. de donat. inter vir. & uxor. Nov. 22. cap. 13. l. 22. §. 7. ff. solut. matrim.

& trad.

Schneidew. *ad tit.* J. *de Nupt. p. 4. n. 49.* Beust. *de Jur. Connub. p. 2. de matrim. c. 13.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 3. lit. b.* Havem. *d. tr. lib. 3. tit. 9. problem. 9.* Carpzov. *in Jurispr. consistor.*

Jistor. d. l. 2. tit. 11. def. 203. Brouwer. *d. tr. l. 2. c. ult. n.* 22.

& innocens conjux, h. c. divortium petere nequit, quanquam invitus conjux alterum ob delictum relegatum aut 14.
bannitum sequi non teneatur, prout suprâ h. tr. part. 2. cap. 1. n. 25. latius fuit deductum.

(4) De INFIDELITATE, hæresi & diversitate RELIGIONIS, (putà si inter diversæ religionis homines conjugium 15.
jam fuerit contractum, & per Nuptias consummatum, aut post initum matrimonium pars altera à vera fide defecerit, aut in hæresin prolabatur;) hîc disceptant Dd. an etiam illa justis divortii causis accenseri debeat. Et li- 16.
cet affirmativam defendant Pontificii & Canonistæ, per

c. Judæi 10. c. cave 15. c. non oportet 16. caus. 28. q. 1.

v. Covarruv. *d. p. 2. de matrim. c. 6. §. ult. c. 7. §. 4. n. 8.* Bellarm. *de matrim. cap. 12. §. 2. cap. 14. §. 5.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. dist. 15.* Farinac. *p. 4. oper. crimin. q. 143. n. 98. & seqq.*

& quoad contracta sponsalia expeditum sit, & suprà h. tract. 17.
p. 1. luculenter à nobis fuerit demonstratum, illo casu & si alterutra persona Contrahentium, post Sponsalia ad Infideles, (p. Ethnicos, Mahumetanos, Judæos &c.) deficiat, aut ad hæreticos & hererodoxos transeat, ipsi Orthodoxam partem omni jure Repudium mittere posse, & matrimonium cum tali persona consummare non teneri, ac propterea etiam dubio careat, quod ab initio re adhuc integra, ejusmodi conjugia adhuc consummanda, ob varia incommoda, exindè enascentia, (quæ post

Arnis. de *Jur. Connub. c. 6. sect. 3.* recensset Dn. Scherzer. *in elaborat. suo System. Theolog. loc. 27. §. 11.*)

quovis modo impedienda ac dissuadenda sint: Attamen 18.
si contractum jam sit matrimonium, & per copulam sacer-

dotalem & carnalem plenariè consummatum, istud ob solam supervenientem Infidelitatem & diversitatem religionis alterutrius Conjugum, si Infidelis vel Heterodoxa persona non discedat; sed fideli & orthodoxæ cohabitare
19. velit, dissolvi nullo modo debere, & sic cultus disparitatem impedimentum tantum impediens, non verò dirimens matrimonium esse, rectius stat. Theologi & JCti nostrates mox citandi, (1) per text.
20. *Matth.5. v.32. c.19. vers.9.*

nec non 1. ad Corinth.7. vs. 12.13.14.16.

& quia (2) divortii ob infidelitatem hæresin vel diversitatem Religionis nullum nec mandatum, nec Exemplum extat in sacris, & (3) Infidelitas vel hæresis non evertit substantialia Conjugii, neq; cum natura ejus per se pugnat. Et hanc sententiam tuentur post

Mart. Chemnit. *in Exam.* Concil. Trident. *p.2. de matrim. in Exam.5. canon.6. pag.431. & seqq.* latè Beza *de Repud. & divort. pag. (mihi) 142. & seqq. usq;* ad *pag.178.* Gerhard. *de Conjug. §. 665. & seqq.* Dn. Scherzer. *p.m. dd. loc.17. §.11. pag.797.* Beust. *de jur. Connub. p.2. cap.34.* Arnis. *eod. tract. p.2. c.6. sect.5.* Kizel. *in Synops. matrimon. c.3. theor.32. lit. g. h. c.8. theor.7. lit.6.* Bechstad. *de condit. sponsal. p.1. c.10. n.9. & seqq. ad n.14.* Cypr. *de Jur. Connub. c.13. §.77.* Colleg. Argent. ad *tit. ff. de Rit. Nupt. th. 11.* Carpz. *in Jurispr. Consistor. d.t.11. def.206.* Havem. *in Gamalog. Synops.3. tit 9.* Dn. Ziegler. *in not. ad Institut. Jur. Canon. l.2. tit.12. §.5. 6. & 9.*

21. Quod si verò ad defectionem â vera fide etiam accedat desertio malitiosa, & Infidelis deserat fidelem per tractum aliquem temporis, tùm divortium huic, prævio tamen deser-
22. tionis processu, denegandum non esse, per text.

1. ad Corinth. 7. vs. 11. & 15.

con-

conclud.

Cypr. *c.13. §.77. n.10.* Kizel. *d. tr. c 3 theor.17. lit. H.* Gerhard. *d. l. §.666.* Carpz. *d. def. 206. n. 21, 22.* Havem. *d. l.* Dn. Ziegler. *d. tit. 12. §.9 & 10.*

Hisce suprà tractatis causis spuriis Divortii, etiam meritò adjungimus sequentes, & quidem (5) FURORE M, tam perpetuum quam transitorium, ut & morbum incurabilem, abominabilem, & quemvis contagiosum, (e.g. lepram, Elephantiasin, morbum gallicum &c.) quem similiter matrimonium non dissolvere expeditum est, apud Theologos atq; JCtos, ut apparet ex 23.

L.22. §.7. ff. so. ut. matrim. l.7. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt. l.8. ff. de sponsal. l.16. §.2. ff. de Rit. Nupt. & trad. Beust. *d. tr. p.2. c.12.* Arnis. *cod. tr. c.6. sect.9.* Kizel. *d. tr. c.8. theor.7. lit. D. & E.* Alberic. *Gentil. de Nupt. l.6. c.18. & 19. (ubi d. c. 18. Novell. Leon. Imp. 111. & 112. refellit.)* Cypr. *de jur. connub. c.13. §.59.* Wesenb *in parat. ff. de Rit. Nupt. n.8. ibiq;* Ludwell. *in not.* Gerhard. *de Conjug. §.659.* Bez. *d. tr. pag.331.* Hülsemann. *in Breviar. c. 21. th.26.* Consil. Theolog. Dedekenn. *vol.3. lib.4. sect. 10. n.4.* Consil. Wittebergens. *p.4. fol.81.* Schneid. *ad tit. J. de Nupt. p.4. n.53.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit.10. def.102. n.1.2.3.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l.3. t.9. n.8.* Brouwer. *de Jur. Connub. l.2. c. ult. n.21.*

Interim tamen facilè concedendum, quod separatio quoad thorum & mensam (zu Tisch und Bett) quandoq; permitti debeat, salvo manente vinculo, nimirum quando (1) Conjugis furor summus & tam vehemens est, ut conjux cum conjuge furioso sine periculo vitæ cohabitare nequeat, vel (2) ex morbo contagioso certa pernicies conjugi sano expectatur, prout doc. 24.

Covarr, *de matrim. p.2. c.7. §.5. n.6.* Arnis. *d. c.6. sect.9.*

n.11.

matrimonium meritò quoque hîc subjungimus, dissolutio-
40. nem (3) ob Errorem circa Virginitatem contingentem, si scil. uxor, quam pro virgine atque intemerata duxit, ante Nuptias ab alio aut deflorata solum, aut corrupta simulque gravida reperiatur. Circa quem modum Canonistæ
41. quidem, vinculum Conjugii nequaquam rumpendum arbitrantur, ut videre licet ex

can. unic. caus. 29. quæst. 1. circa fin. Institut. Jur. Canon. Lancellot. lib. 2. tit. 12. 12. §. 1.

nec non ex trad.

Panorm. *ad cap. 2. x. de Conjug. serv.* Covarruv. *in Epitom. caus. matrim. p. 2. c. 3. §. 2.* Petr. Gregor. *lib. 2. Syntagm. c. 2. n. 4.* Bronchorst. *cent. 2. assert. 17.* Wesenb. *in parat. ff. de Rit. Nupt. n. 18.* Brunnem. *ad L. consensu C. de Repud. & de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 25.*

Sed proculdubio verior & rectior est communis sententia contraria, nimirum in casu proposito non tantum ob textum expressum

Deuteron. 22. vers. 25.

sed etiam ob errorem hunc virginitatis, ipsam conjugii sub-
42. stantiam (non vero solam qualitatem & accidentalia matrimonii, ut falsò præsupponunt Canonistæ, eorumque asseclæ concernentem) dolum à sponsa ex proposito commissum, ut & deficientem conditionem castitatis à marito tacitè subintellectam, aliasque rationes à Theologis & JCtis, suprà in materia Repudii à nobis in hoc tractatu p. 1. citatis, putà Gerhard. Brochm. Pruckn. Alber. Gentil. Hillig. Arnis. Harpr. Carpz. Havem. Ziegler: fusius adductas, ad instantiam partis innocentis Conjugium, totaliter tam qvoad thorum, quam vinculum ipsum dissolvendum esse, & tam parti deceptæ quam nocenti, (quam etiam
43. stuprator, si ipse velit, ducere potest) licentiam aliud matri-

trimonium contrahendi concedi debere. Et hæc ſententia in Eccleſiis ac Conſiſtoriis Statuum Imperii Evangelicorum eſt recepta, & ſecundum eam in Conſiſtoriis Saxonicis totâ die pronunciatur, quam etiam præter Dd d. p. 1. cap. 2. n. allegatos, propugnant poſt Luther. & Melancht. 44.

Beza *de divort. pag. (mihi) 124. & ſeq.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 13. c. 20. lit. a.* Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de ritu nuptiar. th. 28.* Ungepauer. *Exercit. 3. q. 8.* Ludwell. *in not. ad Weſenb. parat. ff. d. t. n. 8.* Finckelth. *obſ. 30.* Carpzov. *in pract. crimin. p. 2. q. 63. n. 53. & ſeqq. & in definit. forenſ. p. 4. conſt. 20. def. 12. & in Juriſpr. Conſiſtor. l. 2. tit. 11. def. 193. & ſeqq.* Richter. *p. 1. deciſ. 90.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſ.* Brunnem. *d. c. 17. §. 25.* (qui in caſu factæ impraegnationis demum divortium concedendum putat.) Lauterb. *in Compend. Jur. ad tit. ff. de Rit. Nupt. circ. fin.*

Cautè tamen in præſenti caſu ſemper eſt procedendum, nec tam facilè divortium permittendum, ut benè monent Dd. ſuprà relati. 45. Imprimis verò (1) devirginatio ut & graviditas, ſi illa concurrat, legitimè eſt probanda, de qua probatione & an illa per apparentiam lactis in mamillis, corruptionem Hymenis, inſpectionem obſtetricum juratarum, aliarumque matronarum peritarum, (quarum aſſertioni hac in re, maximè concurrentibus adhuc aliis circumſtantiis, multum tribuitur) ventris tumorem & confeſſionem mulieris fieri poſſit, vid. 46. 46.

Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 7. c. 9.* Sanchez. *de matrim. l. 7. q. 113.* Arniſ. *de jur. Connub. c. 2. ſect. 3. n. 16. & ſeqq.* Paul. Zach. *l. 6. quæſt. Medico-Legal. tit. 2. q. 1. 2. 3* Menoch. *de præſumt. l. 6. præſumt. 89.* Ruland. *de Commiſſar. p. 1. lib. 4. c. 17.* Kizel. *in Synopſ. matrimon. c. 5. theor. 19.*

lit. c. Esbach. *in not. ad* Carpzov. *p. 1. const. 25. def. 5.* Brouwer. *de jur. Connub. l. 1. c. 18. n. 25. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 1. tit. 5. posit. 7. n. 6. & seqq.*

48 Deindè (2) omni ſtudio in veſtigandum, an quis vitiatam, vel imprægnatam ab alio ante Nuptias, ſciens & prudens
49 duxerit, vel ſtupri benè gnarus, ab ea non abſtinuerit, ſed corruptam ante vel poſt nuptias ut maritus cognoverit; Priori enim caſu ſerò accuſat mores, quos uxorem ducen-
50 do approbavit,

l. 13. §. ult. ff. ad L. Jul. de Adult.

& injuſtè conqueritur, qui ſcivit alium defraudare & conſenſit,

l. 145. ff. de reg. Jur.

cum culpa ſua damnum ſentiat;

l. 203. ff. d. t. & cap. 86. de reg. jur. in 6.

Poſteriori caſu tacitè remiſiſſe uxori delictum, & voluiſſe
51 abolitam hanc injuriam ſua diſſimulatione æſtimabitur, & hîc eadem ratio militat, quæ quoad maritum adulterii uxoris conſcium, & cum ea nihilominus conſveſcentem, obtinet, ac proindè utroque caſu reſciſſio matrimonii fruſtra qværitur. Et ita ſent.

Gerhard. *d. l. §. 111.* Beuſt. *de jur. connub. p. 2. de matrim. cap. 34.* Kizel. *d. c. 4. theor. 19. lit. e. & g.* Finckelth. *d. obſ. 30. n. 83.* Carpzov. *in pract. crim. p. 2. q. 63. n. 61. 62. & in Jurispr. Conſiſtor. d. l. 2. tit. 11. def. 197.* Havem. *d. t. 5. poſit. 7.* Richter. *p. 1. deciſ. 90. n. 9.* Brouwer. *d. c. 18. n. 27. & 30.*

Ex prædictis igitur ſatis liquet, mariti ignorantiam ſtupri
52 ante Nuptias uxori illati, ut & abſtinentiam â congreſſu conjugali, pro præcipuis requiſitis hujus diſſolutionis haberi. Quia autem nudæ aſſertioni mariti uxorem ſuam cognoſcentis, illique ignorantiam ſtupri anteà commiſſi præ-

prætendenti, non creditur, & in casu præsenti præsumtio ignorantiæ indubitata non est, præsertim si uxor ex stupro gravida aut partui proxima sit, ideóque Dd. hîc marito probationem ignorantiæ injungunt, eamque juramento fieri debere statuunt, & tenetur tùm jurare maritus: 53.
Daß er umb der Cajæ Zustand oder Schwängerung einige Wissenschafft nicht gehabt/auch nach erlangter Wissenschafft ihres Falls dieselbe nicht mehr fleischlichen erkennet habe ꝛc.

Vid. Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 11. def. 198.* Havem. *l. 1. Gamalog.-Synopt. tit. 5. posit. 7. n. 2.* Lauterb. *in Compend. Jur. ad tit. ff. de ritu Nuptiar. pag. 715.*

Quod etiam praxis hodierna Consistoriorum observat. Et hæc sententia præprimis procedit isto casu, quando Uxor 54.
stuprata prætensam mariti ignorantiam, simulque abstinentiam ejus ab ulteriori congressu, post cognitionem stupri ab alio illati, inficiatur. Aliud aut. dicendum, si mulier 55.
vitiata non tantum stuprum antegressum, sed etiam ignorantiam & abstinentiam mariti, seque ipsi commissum delictum & graviditatem celasse, (daß sie ihme ihren Zustand oder auch Schwängerung gäntzlich verschwiegen/) ultrò confiteatur; Tum enim absque prævio juramento maritus statim ab- 56.
solvi potest, teste Experientia. Et ita in Protosynedrio Dresdensi decisum fuit 14. Octobr. 1681. in causa Andreen Lehmann n Klägern eines/ Marien Christinen Knautin Beklagtin an- 57.
ders theils.

Priusquam vero (3) ad divortium h. c. devenitur, ex observantia itidem in Consistoriis recepta, Reconcilia- 58.
tio inter maritum & vitiatam, omni diligentia, ac quibuscunque modis & persvasionibus id fieri potest, tentari debet, ita ut non tantum mulier seriò admoneatur, quò veniam delicti â marito humiliter petat, sed etiam maritus adhortetur, ut uxori christianè dolum & fornicationem con-

donet, eique ulterius cohabitet, quæ reconciliatio tentata,
59. si obtineri & perfici non poterit, ad dissolutionem demum Conjugii procedendum est, restitutis simul uxori omnibus bonis illatis, tam dotalibus quam paraphernalibus, unà cum dimidietate bonorum Nuptialium, secund.

Gerhard. *in loc. de Conjug.* §. *m.* Beust. *p.* 2 *de matrim. c.* 34. Schneidew. *ad tit.* J. *de Nupt. p.* 4. *n.* 61. Kizel. *in Synops. matrim. c.* 4. *theor.* 19. *lit. d.* Carpzov. *in pract. crim. d. q.* 63. *n.* 61. 62. & *p.* 4. *def. forens. const.* 20. *def.* 12. *n.* 16. & *in jurispr.* Consistor. *tit.* 11. *def.* 195. & 199. Finckelth. *obs.* 30. *n.* 50.

concord.

Ordinat. Consistor. Marchio. 64. quam alleg. Brunnem. *d. tr. lib.* 2. *c.* 17. §. 25.

Et absolvitur tandem maritus, prævia sufficiente causæ cognitione ab omni vinculo conjugali (Es wird die zwischen dem Cajo und der Seia vollzogene Ehe hinwiederumb cassiret/ und der Seia ihr Einbringen und Vermögen nebenst dem halben Hochzeit-Geschencke abgefolget.)

hac vel simili forma:

60. Dieweil Beklagtin gestanden/ daß sie vor der mit Klägerin beschehenen Verehlichung sich von einem andern schwängern lassen/ und darauff unlängsten eines Kindes genesen/ Kläger auch auff unser Zureden/ Beklagtin nicht verzeihen/ noch sie hinwieder zu sich nehmen wollen/ ꝛc. vel h. m. Dieweil Beklagtin nicht abredig gewesen/ daß sie vor der mit Klägern vorgegangenen Verlöbnis/ mit N. N. fleischliche Unzucht getrieben (quandoque additur, si imprægnatio accesserit, und eines Kindes genesen/) Kläger aber sich ihrer enthalten/ auch über allen angewandten Fleiß zu der Aussöhnung nicht zu bringen gewesen/ so wird daher aus angeregter Uhrsache die zwischen Klägern und Beklagtin vollnzogene Ehe billich wiederumb cassiret und auffgehoben/ addit. etiam in supremo Consistorio Dresdensi, massen wir dieselbe hiemit cassiren und auffheben) Klägern auch als dem unschuldigen Theil/ vel beyden Theilen in andere wege sich Christlichen zu verehlichen verstatten und nachlassen. Es ist aber

aber Kläger der Beklagtin ihr Einbringen nebenst dem halben Hochzeit-Geschencke auff vergehende Liquidation und Bescheinigung absolgen zu lassen schuldig.

Hac absolutione subsecuta, non solum marito novũ matrimonium inire licet, ut suprà dictum, sed etiam stupratæ post sententiam alteri præsertim stupratori (volenti sc. cogi enim nequit) nubere permittitur, ita tamen, ut hoc casu posteriori absque solenni pompa, alioque in loco, si commodè fieri posset, Nuptiæ contrahantur. 61. 62.

v. Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. l. 2. tit. 11. def. 194.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *d. l. 2. c. 17. §. 25.* (*ubi hoc præjudicio firmat.*)

Sed an prædicta jura de dissolutione matrimonii quoad uxorem ab alio vitiatam, in præcedentibus adducta, ad Maritum quaque stuprum & fornicationem ante Nuptias committentem applicari debeant? controvertunt hîc Dd. Et licet in casu sponsaliorum contractorum, & matrimonio nondum per Nuptias consummato, sponsa ob stuprum & fornicationem sponsi ignoratam, ipsi repudium remittere possit, illudqve decernendum, & sponsalia dissolvenda esse, suprà â nobis h. tractat. p. 1. cap. 2. fuerit deductum; hoc tamen ad præsentem casum, consummati jam per Nuptias Conjugii, nullo modo extendi potest, ob magnam & indubitatam rationem diversitatis h. e. inter virum & fœminam existentem, & argumenta satis ponderosa, quæ adduc. 63. 64. 65.

Cypr. *de jur. connub. cap. 13. §. 77.* Hillig. *in Donell. l. 13. c. 20. lit. a. pag. 1131.* Carpz. *p. 4. definit. for. const. 20. def. 13.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 29. th. 25.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *d. c. 17. §. 25.* (ubi limitat, si sponsus post sponsalia contracta aliquã imprægnaverit cujus notitiam demum consummato ma-

matrimonio consequitur uxor, illoque casu propter adulterium concurrens, matrimonium dirimendum esse censet.)

Cap. IV.

De Spuriis ac Insufficientibus Divortii causis.

SUMMARIA.

1. (1) Ob dotē promissam, nec exsolutam non dissolvitur matrimonium.
2. Ratio hujus rei prima,
3. - Secunda.
4. - Tertia,
5. Quid si sub expressâ dotis conditione matrimonium sit promissum?
6. Sponsus ante impletam conditionem consummare matrimonium non tenetur.
7. (2) Ob paupertatem aut obœrationem matrimonium non dissolvitur.
8. Quanquam dolo & fallaciis pars altera inducta.
9. Quia dolus hic non est circa Essentialia matrimonii.
10. Et dolus dans causam contractui conjugali, eundem consummatum non annullat.
11. Dissentiunt hic quidam.
12. Sed nostra sententia verior & conscientiis tutior.
13. (3) Ob furtum, homicidium aliudve (extra carnis) delictum matrimonium non dissolvitur.

14. Nec

14. *Nec tamen pars invita partem punitam sequi tenetur.*
15. (4) *Ob infidelitatem, hæresin & diversitatem religionis subsecutam matrimonium non dissolvitur.*
16. *Canonistæ tamen contrarium statuunt.*
17. *Quorum opinio quoad sponsalia nobis expedita & vera videtur.*
18. *Non etiam quoad consummatum jam matrimonium.*
19. *Quia disparitas religionis est saltem causa impediens, non dirimens matrimonium.*
20. *Quod probatur & Textibus SS. Scripturæ, & rationibus.*
21. *Nisi ad defectionem à verâ fide accedat malitiosa desertio.*
22. *Tunc enim divortium denegandum non est.*
23. (5) *Ob furorem & morbum incurabilem supervenientem non dissolvitur matrimonium.*
24. *Separatio tamen quoad thorum & mensam exinde fieri potest.*
25. (6.) *Ob votum religionis & perpetuæ continentiæ matrimonium non dissolvitur.*
26. *Nisi accedat pertinax debiti conjugalis denegatio.*
27. (7) *Ob Clericatum asserunt Pontificii matrimonium dissolvi.*
28. *Quorum sententia impia, absurda & omni juri contraria.*
29. *Hinc nostrates rectiùs contrarium statuunt.*
30. (8) *Ob ligamen conjugale an matrimonium dissolvatur, valde controvertitur.*
31. *Distinguendum inter ligamen ex matrimonio, & ex sponsalibus.*
32. *Ligamen ex matrimonio respuit aliud matrimonium.*
33. *Hinc tale consequens matrimonium pro nullo declarandum.*
34. *Et id contrahens pœnâ bigamiæ plectendus.*
35. *Quid si quis bina sponsalia ritè celebraverit, & posteriora plenè & legitimè per consummationem matrimonii firmaverit?*

36. Irritum esse tale matrimonium quidam sentiunt.
37. Contra alii rectiùs id propugnant.
38. Eorum fundamenta, primum.
39. - Secundum.
40. - Tertium.
41. - Quartum.
42. - Quintum & reliqua.
43. Adeò autem posterius matrimonium non rescindendum, licet prioribus sponsalibus concubitus accesserit.
44. Quamvis & hic Jus Pontificium dissentiat.
45. Præjudicium supremi Consistorii hac in re.
46. Levitas tamen ejusmodi commissa severè coërcenda.

HUcusqve tractavimus de veris causis & modis, quibus ob Adulterium, malitiosam desertionem, denegationem debiti conjugalis, impotentiam, incestuosam juriq; divino contrariam conjunctionem, matrimonium propriè & impropriè vel dissolvitur, vel pro nullo declaratur, superest adhuc, ut paucis & causas spurias atq; insufficientes Divortii inspiciamus.

1. Ad hasce referimus, (1) DOTEM â muliere ejusq; parentibus promissam & non exsolutam, cum juris sit expediti, ob hanc causam, uxorem â marito domo haud expelli,
2. multò minus divortium concedi posse (1) per
L. ult. C. de Repud.
3. & quia (2) dos ad matrimonii substantiam nihil pertinet, nec matrimonium â dote dependet, sed contra hæc ab illo,
l. ult. C. de donat. ante Nupt. Nov. 117. c. 3.
4. & (3) maritus ad consequendam dotem legitimis remediis & actionibus experiri debet.

Covarruv. *de sponsal. p. 2. c. 7.* Treutler. *vol. 1. disp. 7. th. 5. lit. e. ibiq;* Bachov. *in not.* Beust. de *jur. Connub. p. 2. c. 66.* Wesenbec. *in parat. ff. de jur. dot. n. 6.* ibiq; Ludwell.

in

in not. Joan. Bapt. Costa *in Tr. de quota & rata q. 63. n. 4.* Fachin. *l. 3. controv. c. 48.* Græv. *in Concl. ad Geil. l. 2. Concl. 57. n. 25. & seqq.* (ubi hanc sententiam veriorem & Christianismo convenientiorem esse scribit.)

add:

Sanchez *de matrim. l. 9. dist. 5. n. 17. & seqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. t. 9. q. 11.* Carpzov. *in Jurispr. consist. l. 2. t. 11. def. 205.* Brower. *de jur. Connub. l. 2. c. ult. n. 23.*

Aliud dicendum, si quis sub hac expressa conditione matrimonium promiserit, (si mulier, virgo aut vidua certam pecuniæ summam in dotem attulerit, ac res adhuc sit integra, & matrimonium nondum consummatum; tum enim Sponsum ante impletam conditionem matrimonium consummare non teneri, ex jure & Dd. deduximus supra h. tract. p. 1. 5. 6.

(2.) huc etiam referenda PAUPERTAS Conjugis, aut si multo ære alieno sit gravatus, cum hîc concurrat saltem Error fortunæ & circa qualitates accidentales matrimonii, qualis Conjugium nullo modo vitiat, nec plenariè contractum dissolvit, secund. 7.

c. unic. caus. 29. quæst. 1. Covarruv. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 3. §. 7. n. 2.* Bez. *de Repud. & Divort. pag. (mihi)* 124. Cypr. de *Jur. Connub. p. 1. c. 13. §. 35.* Beust. *d. p. 2. c. 34.* Alberic. Gentil. *de Nupt. l. 7. c. 4.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 4. theor. 18. lit. f.* Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de Rit. Nupt. th. 28.* Gerhard. *de Coniug. §. 105.* Hillig. *in Donell. Enucl. d. l. 13. c. 20. lit. a.* Carpz. *d. tit. 11. def. 204.* Brouwer. *de Jur. Connub. l. 2. c. ult. n. 23.*

Et hoc usq; adeò verum est, ut matrimonium ob hunc errorem, ne quidem isto casu rescindatur, quando ad errôrem simul dolus accessit, putà si prætextu divitiarum ulter- 8.

utra persona contrahentium ad matrimonium promittendum fraudibus & fallaciis fuerit inducta á muliere, vel ei9q; parentibus, aureos montes pollicentibus. Dolus enim
9. hîc non est circa essentialia matrimonii, sed solum modò circa accidentalia ejusdem, & dolus vel etiam causam dans
10. contractui Nuptiali, eundem jam perfectum & consummatum regulariter non annullat: ita stat

Covarruv. *de matrim. d. p. 2. c. 3. §. 1. n. 4.* Beust. *d. p. 2. de matrim. c. 44. pag. 115.* Schrad. *ad tit.* J. *de Nupt. n. 13.* Cypr. *de Jur. Connub. c. 13. §. 58. n. 4.* Kizel. *d. c. 4. theor. 15. lit. c.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 1. c. 5. n. 3. & seqq.*

consent.

Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. c. 18. n. 18. & seqq. aliiq;* Dd. *ab ipso magno numero alleg.*

11. Dissentiunt quidem hîc, & dolum errori fortunæ accedentem matrimonium etiam consummatum abrumpere stat.

Alberic. Gentil. *d. tr. lib. 3. c. 4.* Harpr. *ad rubr tit.* J. *d. Nupt. n. 53.* Carpzov. *d. def. 204. n. 12. & seqq.*

12. Sed contraria sententia Beustii aliorumq; Dd. modò allegatorum tanquam verior & conscientiis tutior, ideòq; priori magis præferenda videtur,

confer hûc Richter. *p. 1. decis. 87. n. 21. & seqq.*

13. PARITER (3) insufficiens causa Divortii est, Furtum, Homicidium, Plagium, Falsum, aliudve delictum, (extra delictum Carnis,) ab alterutro conjugum commissum,

per cap. quæsivit 2. x. de divort. l. 1. C. de Repud. l. res uxoris. 29. C. de donat. inter vir. & uxor. Nov. 22. cap. 13. l. 22. §. 7. ff. solut. matrim.

& trad.

Schneidew. *ad tit.* J. *de Nupt. p. 4. n. 49.* Beust. *de Jur. Connub. p. 2. de matrim. c. 13.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 3. lit. h.* Havem. *d. tr. lib. 3. tit. 9. problem. 9.* Carpzov. *in Jurispr. consistor.*

Sistor. d. l. 2. tit. 11. def. 203. Brouwer. *d. tr. l. 2. c. ult. n.* 22.

& innocens conjux, h. c. divortium petere nequit, quanquam invitus conjux alterum ob delictum relegatum aut 14. bannitum sequi non teneatur, prout suprâ h. tr. part. 2. cap. 1. n. 25. latiùs fuit deductum.

(4) De INFIDELITATE, hæresi & diversitate RELIGIONIS, (putà si inter diversæ religionis homines conjugium 15. jam fuerit contractum, & per Nuptias consummatum, aut post initum matrimonium pars altera â vera fide defecerit, aut in hæresin prolabatur;) hîc disceptant Dd. an etiam illa justis divortii causis accenseri debeat. Et licet affirmativam defendant Pontificii & Canonistæ, per 16.

c. Judæi 10. c. cave 15. c. non oportet 16. caus. 28. q. 1. v. Covarruv. *d. p. 2. de matrim. c. 6. §. ult. c. 7. §. 4. n. 8.* Bellarm. *de matrim. cap. 12. §. 2. cap. 14. §. 5.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. dist. 15.* Farinac. *p. 4. oper. crimin. q. 143. n. 98. & seqq.*

& quoad contracta sponsalia expeditum sit, & suprâ h. tract. 17. p. 1. luculenter à nobis fuerit demonstratum, illo casu & si alterutra persona Contrahentium, post Sponsalia ad Infideles, (p. Ethnicos, Mahumetanos, Judæos &c.) deficiat, aut ad hæreticos & hererodoxos transeat, ipsi Orthodoxam partem omni jure Repudium mittere posse, & matrimonium cum tali persona consummare non teneri, ac propterea etiam dubio careat, quod ab initio re adhuc integra, ejusmodi conjugia adhuc consummanda, ob varia incommoda, exindè enascentia, (quæ post

Arnis. de *Jur. Connub. c. 6. sect. 3.* recenset Dn. Scherzer. *in elaborat. suo System. Theolog. loc. 27. §. 11.*)

quovis modo impedienda ac dissuadenda sint: Attamen 18. si contractum jam sit matrimonium, & per copulam sacer-

dotalem & carnalem plenariè consummatum, istud ob solam supervenientem Infidelitatem & diversitatem religionis alterutrius Conjugum, si Infidelis vel Heterodoxa persona non discedat; sed fideli & orthodoxæ cohabitare
19. velit, dissolvi nullo modo debere, & sic cultus disparitatem impedimentum tantum impediens, non verò dirimens matrimonium esse, rectius stat. Theologi & JCti nostra-
20. tes mox citandi, (1) per text.

Matth.5. v.32. c.19. vers.9.
nec non 1. ad Corinth.7. vs. 12.13.14.16.

& quia (2) divortii ob infidelitatem hæresin vel diversitatem Religionis nullum nec mandatum, nec Exemplum extat in sacris, & (3) Infidelitas vel hæresis non evertit substantialia Conjugii, neq; cum natura ejus per se pugnat. Et hanc sententiam tuentur post

Mart. Chemnit. *in Exam.*Concil. Trident. *p.2. de matrim. in Exam.5. canon.6. pag. 431. & seqq.* latè Beza *de Repud. & divort. pag. (mihi) 142. & seqq. usq;* ad *pag. 178.* Gerhard. *de Conjug. §. 665. & seqq.* Dn. Scherzer. *p.m. dd. loc. 17. §. 11. pag. 797.* Beust. *de jur. Connub. p.2. cap.34.* Arnis. *eod. tract. p.2. c.6. sect.5.* Kizel. *in Synops. matrimon. c.3. theor.32. lit. g. h. c.8. theor.7. lit. 6.* Bechstad. *de condit. sponsal. p.1. c.10. n.9. & seqq. ad n.14.* Cypr. *de Jur. Connub. c. 13. §.77.* Colleg. Argent. ad *tit. ff. de Rit. Nupt. th. 11.* Carpz. *in Jurispr. Consistor. d.t.11. def.206.* Havem. *in Gamalog. Synops. 3. tit 9.* Dn. Ziegler. *in not. ad Institut. Jur. Canon. l.2. tit.12. §5. 6. & 9.*

21. Quod si verò ad defectionem â vera fide etiam accedat desertio malitiosa, & Infidelis deserat fidelem per tractum aliquem temporis, tùm divortium huic, prævio tamen deser-
22. tionis processu, denegandum non esse, per text.

1. ad Corinth. 7. vs. 11. & 15.

con-

conclud.

Cypr. *c.13. §.77. n.10.* Kizel. *d. tr. c 3 theor.17. lit. H.* Gerhard. *d. l. §.666.* Carpz. *d. def. 206. n. 21. 22.* Havem. *d. l.* Dn. Ziegler. *d. tit. 12. § 9. & 10.*

Hisce suprà tractatis causis spuriis Divortii, etiam meritò adjungimus sequentes, & quidem (5) FUROREM, tam perpetuum quam transitorium, ut & morbum incurabilem, abominabilem, & quemvis contagiosum, (e.g. lepram, Elephantiasin, morbum gallicum &c.) quem similiter matrimonium non dissolvere expeditum est, apud Theologos atq; JCtos, ut apparet ex 23.

L.22. §.7. ff. so. ut. matrim. l.7. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt. l.8. ff. de sponsal. l. 16. §. 2. ff. de Rit. Nupt. & trad. Beust. *d. tr. p.2. c.12.* Arnis. *eod. tr. c.6. sect.9.* Kizel. *d. tr. c.8. theor.7. lit. D. & E.* Alberic. *Gentil. de Nupt. l. 6. c. 18. & 19. (ubi d. c. 18. Novell. Leon. Imp. 111. & 112. refellit.)* Cypr. *de jur. connub. c.13. §.59.* Wesenb *in parat. ff. de Rit. Nupt. n.8. ibiq;* Ludwell. *in not.* Gerhard. *de Conjug. §.659.* Bez. *d. tr. pag.331.* Hülsemann. *in Breviar. c. 21. th.26.* Consil. Theolog. Dedekenn. *vol.3. lib.4. sect. 10. n.4.* Consil. Wittebergens. *p. 4. fol.81.* Schneid. *ad tit. J. de Nupt. p.4. n.53.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit.10. def.102. n.1.2.3.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l.3. t.9. n.8.* Brouwer. *de Jur. Connub. l.2. c. ult. n.21.*

Interim tamen facilè concedendum, quod separatio quoad thorum & mensam (zu Tisch und Bett) quandoq; permitti debeat, salvo manente vinculo, nimirum quando (1) Conjugis furor summus & tam vehemens est, ut conjux cum conjuge furioso sine periculo vitæ cohabitare nequeat, vel (2) ex morbo contagioso certa pernicies conjugi sano expectatur, prout doc. 24

Covarr. *de matrim. p.2. c.7. §.5. n.6.* Arnis. *d. c.6. sect.9.*

n. 11.

n.11.12. Kizel. *d. theor. 7. lit. D.* Thom. Sanchez. *d. matrim. lib. 10. dist. 18. n.15.* Havem. *d. l.*

25. (6) Pro falsa causa divortii itidem habendum VOTUM RELIGIONIS & perpetuæ CONTINENTIÆ, sive illud sit solenne, sive simplex, quorum neutrum matrimonium consummatum dissolvit, secundum ea quæ suprà p. 1. in materia Repudii diximus, quò brevitatis studio lectorem remit-
26. timus; nisi simul accesserit pertinax ac constans debiti conjugalis denegatio, & circa hanc concurrant requisita supra h.p.2. cap.2. n.52. â nobis tradita, quo casu quandoque
27. etiam ad divortium deveniri potest. Et licet (7) Pontificii SACRI ORDINIS susceptionem, & CLERICATUM, tam matrimonium contrahendum impedire, quam postea contractum dirimere asserant, ut elucet ex

distinct. 31. & 32. c. 15. 16. 17. 18. 19. caus. 28. q. 1. c. 1. 2. & t. t. x. qui clerici vel vov. matrimon. contrah. possunt. c. 4. sess. 24. can. 9. Concil. Trident.

& trad.

T. Sanchez. *de matrim. lib. 7. dist. 26. 27. 28. & seqq. (qui latissimè materiam hanc cum connexis pertractat.)* Bellarm. *lib. 1. de Cleric. c. 18. lib. 1. de matrim. sacram. c. 21.*

aliorumq; Scriptorum Pontificiorum, quos alleg.

Gerhard. *de Minister. Ecclesiast. §. 347.*

28. illlorum tamen sententiam impiam, absurdam, juri divino,

Genes. cap. 2. vs. 2. 3. 4. 1. ad Corinth. c. 3. v. 2. cap. 7. vs. 2. 3. 4. c. 9. vs. 5. Tit. c. 1. vs. 6.

Canonibus Apostolorum, aliisq; antiquioribus,

p. canon. Apostol. 6. c. nosse 3. caus. *30. q. 1. can. quoniam 14. distinct. 31. &c.*

necnon Juri civili Justinianeo in

L. 2. l. 5. l. fin. C. de Episcop. & Cleric. Nov. 6. c. 5. Nov. 22. c.

&

& constitutionibus novissimis Impp. directò contrariam, ac doctrinam Dæmoniorum & AntiChristi esse, ac propterea ob Clericatum matrimonium consummatum nullo modo dirimi debere, rectius statuunt, & pluribus rationibus firmant, simulque argumenta contraria sufficienter diluunt, 29.

Gerhard. *de minister. Ecclesiast.* §. 331. & *mult. seqq. usque ad* §. 355. Dn. Scherzer. *in System. Theolog. loc.* 27. §. 16. Havem. *d. tr. lib.* 3. *tit.* 7. *membr.* 8.

add.

Dedekenn. *in consil. Theolog. vol.* 3. *lib.* 1. *sect.* 2. *n.* 2. Balduin. *de casib. conscient. lib.* 1. *cap.* 13. *cas.* 2. Arnis. *de jur. Connub. cent.* 1. *sect.* 7. Kizel. *in Synops. matrim. c.* 3. *theor.* 18. & *c.* 9. *theor.* 8. Brouwer. *de jur. connub. l.* 2. *c.* 22. Dn. Ziegler. *in not. & animadvers. ad Institut. Jur. Canon. Lancellot. l.* 2. *tit.* 12. §. 4. (ubi subjungit, quod in hoc capite potissima Tyrannidis Papalis pars subsistat, & ex prohibitione Conjugii sustineatur.) Carpzov. *in Jurispr. Consistor. l.* 2. *tit.* 1. *def.* 4. 5. Dn. Struv. *in Syntag. Jur. Civil. Exerc.* 29. *th.* 30.

An vero (8) etiam Ligamen, s. obligatio, quâ quis jam alteri vinculo Conjugali obstrictus est, hisce causis hactenus enumeratis aggreganda sit, valdè controvertunt Dd. Ubi 30. 31.
præprimis dispiciendum, an Ligamen ex matrimonio jam consummato, vel ex solis sponsalibus ortum trahat. Quoad prius enim expeditū est, ligamen ex matrimonio jam 32.
perfecto & consummato, aliud matrimonium citra delictum Bigamiæ, ferre non posse, sed ejusmodi Conjugium de facto contractum, illicò, ut natum est, intermori, ac pro nullo declarari, & personam taliter contrahentē, accedente commixtione carnali, etiamsi benedictio Sacerdotalis 33.
nondum fuerit facta vel prima uxor bigamo ignoscere

 & am-

& amplius cohabitare velit, ob commissum adulterium,
34. pœna Bigamiæ ordinaria (gladii sc.) plectendam esse, vel. liquet ex

Ordinat. Crimin. Caroli V. Imper. *art. 121.* (quem textum de pœna mortis intelligi debere doc. Berlich. & Carpzov. *in loc. mox citand.*) Constit. Electoral. Saxon. 20. p. 4.

& trad.

Moller. *ad d. const. 20. p. 4.* Berlich. *p. 4 concl. 28. n. 10. & seqq.* Carpzov. *in pract. Crimin. p. 2. quæst. 66. & in definit. forens. p. 4. const. 20. def. 1. 2 3. 4. ibique* Esbach. *in not. & addit.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 49. th. 35. 36.*

35. Alia quæstio est, eaque satis intricata atque ardua, an sponsalia publica â Cajo cum Titia celebrata, matrimonium ab illo cum alia Persona, (Seia) postea initum, ac per sponsalia itidem publica, nec non benedictionem Sacerdotalem & copulam carnalem, cohabitationem conjugalem ac deductionem in domum plenariè consummatum, irritum reddere possint, adeò ut Cajus conjugem Seiam sibi perfectè
36. copulatam, deserere & Titiam retinere teneatur? Affirmativam quidem defend.

Schneidew. *ad tit. J. de Nupt. p. 1. n. 18. & seqq.* Schurff. *cent. 1. consil. 57. n. 1.* Beust. *p. 1. de sponsal. c. 10.* Coler. *p. 1. decis. 3.* Thoming. *vol. 1. consil. 52. vol. 2. consil. 12.* Berlich. *p. 4. concl. 28. n 66. & seqq.* Moller. *ad Constit. Elector. Saxon. 20. n. 11. p. 4. & ibid.* Reinh. Rosa *in addit. n. 11. & 12.* Canis. *in Commentar. ad c. pen. x. de sponsal.* Carpz. *in pract. Crimin. p. 2. q. 67. n. 58. & seqq.*

per

cap. si inter vir. & mulier. pen. x. de sponsal. cap. 1. c. accepisti 2. & cap. licet 3. c. tuas 5. x. de sponsa. duor.

& ra-

& rationes adductas â

Gerhard. de matrim. §. 654. Schneidew. Schurff. Thoming. Berlich. dd. loc. Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. tit. 8. membr. 9. (qui utrinsque sententiæ rationibus relatis hanc quæstionem indecisam relinquit)*

Negativam autem rectius & magis validis rationibus propugnant, 37.

Thom. Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 48.* Cypr. *de sponsal. c. 10. §. 20. 25. & 30.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 29. th. 16.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 4. def. 66.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 22. n. 11. 12. 13. 14. 15.*

add.

Append. Consilior. Theologic. Dedekenn. *ad l. 2. sect. 11. n. 2. vol. 3.* Dn. Scherzer. *p. m. in System. Theolog. loc. 27. §. 10.* Lauterb. *in Compend. jur. ad tit. ff. de sponsalib. pag. 705.*

Et hæc sententia posterior Cypr. aliorumque Dd. confirmatur, tum (1) per 38.

L. quoties 13. C. de Rei vindicat. (cujus legis dispositio etiam in præsenti casu obtinere videtur)

tum quod (2) in posteriori desponsatione concurrant omnia requisita veri & justi matrimonii, nimirum Affectus conjugalis, sponsalia publica, trina denunciatio, das öffentliche Auffgeboth (quæ naturam Edicti ex L. diffamari C. de Ingen. manumiss. & vim peremtoriæ Citationis habet, & sub pœna perpetui silentii emanare solet, daß der jenige so etwas darwider zu sprechen/ sich bey Zeiten anmelden/ oder hernacher still schweigen solle/ hocque efficit, ut citatus sciens denunciationem, post terminum elapsum regulariter amplius non audiatur. secund. 39.

c. ult. x. de clandest. desponsat. Berlich. *p. 1. decis. 76. (ubi limitat)* Dn. Ziegler. *in Animadvers. ad Instit. Jur. Canon. l. 2.*

l. 2. tit. 15. §. 1. Brouwer. *d. cap. 22. n. ult.*)
benedictio Sacerdotalis, copula carnalis, conjugalis cohabitatio cum deductione in domum, istudqve Conjugium in omnibus partib9 necessariis perfectum & per tot vincula plenariè confirmatum, adeòque tam de Jure divino quã
40. humano planè indissolubile effectum sit, & cum (3) duo vel plura vincula dicantur fortius ligare quam unum,
auth. itaque C. commun. de success.
vinculum etiam indubiè fortius, matrimoniũ quam sponsalia sint, ac major obligatio minorem tollat
l. 50. ff. de fidejuss.
& minus vinculum adveniente fortiori rumpatur, ratio evincit ut posteriora sponsalia, quibus accessit copula carnalis, cum benedictione sacerdotali, aliisque solennitatibus nuptialibus indubiè præferri debeant prioribus, sine copula & Hierologia celebratis.
secund. Gerhard. *de Conjug. §. 655. & seqq.* Dn. Scherzer. Carpzov. Lauterb. Brouwer. *modò citat. loc.*
quibus accedit (4) summa authoritas benedictionis sacer-
41. dotalis, quæ hodiè præter Consensum Conjugalem, tam de jure Canonico & civili, quam Saxonico, in
can. non aliter. 1. & c. nostrates 3. caus. 30. quæst. 5. & c. ult. x. de clandestin. desponsat. Concil. Trident. *sess. 21. c. 1. Nov. Leon. 89.* Alexii Comnen. *Nov. 5.* Churfl. S. Kirchenord. *in art. general.* Eheordn. *de anno* 1624. *punct 5.*
ex humana Constitutione, (non vero per necessitatem ex institutione divina, vel speciali quodam præcepto divino descendentem) ut solennitas essentialis & causa efficiens proxima, ad verum & ratum Conjugium inter Christianos initum, in foro exteriore summè est necessaria, publicæque utilitatis & honestatis causa introducta secund.
Gerhard. *d. l. §. 410. 411. & seq.* Cypr. *de jur. Connub. c. 5. §. 6.*

§.6.c.11 §.14.15.19.20.21. Arnis. *eod. tract. c.3. sect.12.* Havem. *d.tr.lib.2.tit.10. posit.11.* Carpzov. *l.2. Jurispr. Consistor.tit.8. def.66. & tit.8. def.142.* Dn. Schilter. *in praxi Jur. Roman. Exercit.36. §.60. & 63.*

Plures rationes hîc (5) ex matrimonii posterioris qualitate, rationis in aliis casibus paritate, ut & multiplici absurditate contrariam sententiam consequente, & summo scandalo ex matrimonii consummati rescissione proveniente, &c. desumtas affert. 42.

Gerhard. *d.§.655. & seq.* (ubi distinguit inter sponsalia propriè sic dicta, & matrimonium, ratum, ((i. e. consensu Nuptiali in Sacerdotali benedictione expressè contractũ)) nondum consummatum.) Cypr. *d.c.10.§.25.* Brouwer. *d.c.22.n.11. & seqq.* qui omnino videndi.

Et hæc prædicta sententia de matrimonio rato & consummato ob sponsalia priora non rescindendo, hactenus â nobis defensa, ampliatur, ut procedat, etiamsi sponsalibus prioribus concubitus jam accesserit. Quamvis enim hîc iterum dissentiat Jus Pontificium, in 43.

cap. is qui fidem 30. & c. si inter 31. x. de sponsal. & matrim. c.2. & 3. x. de sponsa duor. illudqve sequant. Thoming. Coler. Berlich. Moller. *in loc. suprà alleg.* 44.

Verior tamen nobis, (salvo cujusvis rectius sentientis Judicio) videtur sententia contraria, scil. & hoc casu posterius verum matrimonium benedictione sacerdotali, & copula carnali aliisque solennitatibus â jure reqvisitis firmatum ac consummatum prioribus sponsalibus (maximè clandestinis, de quibus minus est dubium, ipsa etiam concubitu firmata, posteriori verè & perfectè contracto matrimonio cedere debere) omninò anteferendum esse, nec copulam

 car-

nalem prioribus intervenientem illa convalidare posse, ut pluribus deduc.

Cypr. *de sponsal. c. 10. §. 20. n. 1.* Gerhard. *de Conjug. §. 146. & §. 655. & seq.* Havem. *d. tr. lib. 1. tit. 19. posit. 7. n. 3. pag. 132.* Brouwer. *d. tract. l. 1. c. 22. n. 12. 13. 14.*

45. Atque ita, re prius cum Facultate Theologica Lipsiensi & Scabinatu Lipsiensi communicata, in prima instantia pronunciatum fuit à Consistorio supremo Dresdensi in causa M. W. Klägerin eines/ J. G. S. Beklagten anders/ und H. H. Intervenientin dritten theils mens. Majo 1674.

46. Licet non sit diffitendum, in tali casu & sive Sponsalia duntaxat sint celebrata, sive in ipsis concubitus intervenerit, levitatem istam Sponsi, & scandalum ob contracta bina sponsalia datum severè coercendum esse, eumque qui post fidem matrimonialem puellæ vel viduæ datam aliam ducit, ultra infamiam, (in quàm indubiè incurrit propter

L. 1. ff. de his qui notant. infam.)

pœna perpetuæ relegationis, carceris, aliave arbitraria affici imò etiam quandoque pro ratione circumstantiarum fustigatione puniri posse,

secund. Carpzov. *in pract. Crimin. p. 2. q. 67.*

CAP. V.

De Separatione Conjugum quoad thorum & mensam, (Ehescheidung von Tisch und Bett.)

SUMMARIA.

1. *Separatio quoad thorum & mensam & Juri civili & sacris literis incognita.*
2. *Sed à jure pontificio inventa.*
3. *Ratio hujus inventi.*
4. *Hanc separationem certis casibus etiam nostræ Ecclesiæ recepere.*
5. *Usus ejus quinam?*
6. *Multum hæc differt à vero divortio.*
7. (1) *Causis: quæ aliæ hîc, aliæ istic.*
8. (2) *Intentione partium: illic separatio totalis, hîc minùs.*
9. (3) *Effectibus, qui plures recensentur.*
10. (4) *Jure succedendi: quod in divortio planè interit, hîc salvum permanet.*
11. *Omnis, qualis qualis etiam sit, privata separatio interdicta.*
12. *Conjuges ad consortium vitæ & cohabitationem, etiam inviti, adigendi.*
13. *Competunt etiam in tali casu, utrique conjugi, remedia possessoria.*
14. *Nisi adsit justa causa cohabitationem detrectandi.*
15. *Ubi tamen causæ cognitio præcedere debet.*
16. *Et tunc separatio à Magistratu Ecclesiastico facienda.*
17. *Quænam hujus separationis justæ causæ.*

18. (1)

18. (1) *Ob nimiam mariti sævitiam separatio fieri potest.*
19. *Modica castigatio permissa marito.*
20. *Veluti palmâ aut pugno; non & fustibus aut flagellis.*
21. *Ob nimiam igitur sævitiam separatio concedi potest.*
22. *Inprimis si maritus non præstat sufficientem cautionem de non offendendo.*
23. *Sævitia tam præterita, quàm futura hîc attendenda.*
24. *Imò solæ minæ interdum sufficiunt.*
25. *Nec refert causam hujus sævitiæ præbuisse conjugem.*
26. *Interdum etiam hîc, concurrentibus aliis causis, verum divortium fieri potest.*
27. *Etiam ob Uxoris sævitiam & cottidianas furias separatio concedenda.*
28. *Si alio modo uxor corrigi nequeat.*
29. (2) *Ob inimicitias capitales & implacabiles saparatio fieri potest.*
30. (3) *Ob insidias vitæ conjugis separatio etiam concedenda.*
31. *Etsi tentatæ tantum fuerint, nec effectæ.*
32. *Hocce casu judici seculari inquisitio formanda.*
33. *Brunnemannus etiam ob insidias bonorum & honoris separationem concedit.*
34. *Nobis verò idem non videtur.*
35. *Ratio nostræ sententiæ prima.*
36. *Secunda.*
37. *Judex prius reconciliationem tentet, antequam ad separationem procedat.*
38. *Quæ reconciliatio interdum sine cautione, interdum cum cautione fieri solet.*
39. *Quando prior locum habeat?*
40. *Formula pronunciandi in hoc casu.*
41. *Quando posterior?*
42. *Hoc casu sævitia est probanda.*

43 Cu-

43. *Cujus probatio sæpe per sententiam interlocutoriam injungitur.*
44. *Factâ probatione tum demum maritus ad cautionem compellitur.*
45. *Formula sententiæ in hoc casu.*
46. *Præjudicia Protosynedrii.*
47. *Cautio hæc sufficiens esse debet.*
48. *Cujus definitio arbitrio judicis ecclesiastici permittenda.*
49. *Pignoribus & fidejussoribus præstanda.*
50. *Sola oppignoratio bonorum mariti immobilium hîc sufficit, si solvendo sit.*
51. *Interdum ad cautionem juratoriam maritus admittitur.*
52. *Quæ tamen regulariter & uxore dissentiente admitti non debet.*
53. *Cautio hæc hodie ad certam summam restringitur.*
54. *Pro quâ vel ipsemet reus vel fidejussor receptus bona sua immobilia, cum renunciatione exceptionum, oppignorat.*
55. *Repetitâ sævitiâ hæc summa actrici solvenda.*
56. *Cautione hac acceptatâ separatio aboletur.*
57. *Formula sententiæ.*
58. *Quid si maritus cautionem præstare nequeat, aut uxor eâ planè justè respuat?*
59. *Uxor ad cohabitandum hoc casu cogenda non videtur.*
60. *Sed separatio non simpliciter decernenda, & maritus pœnâ coërcendus.*
61. *Praxis Consistoriorum Sax.*
62. *Formulæ pronunciandi.*
63. *Interdum separatio ad certum tempus restringi solet.*
64. *Formula sententiæ.*
65. *Præjudicia supremi Consistorii.*
66. *Durante processu separationis conjuges separatim degant.*

67. Maritus autem interim uxori & liberis de alimentis prospiciat.
68. Formula pronunciandi.
69. Præjudicia supremi Consistorii.
70. Separatio hæc semper restrictivè fieri debet.
71. Nam mutatis moribus consvetudo vitæ omninò revocanda est.
72. Nec novâ sententiâ hoc in casu est opus.
73. Imo conjux etiam invita ad cohabitandum cogi potest.
74. (4) Ob furorem violentum separatio cohabitationis concedenda.
75. Ob remissum non item.
76. Utroque verò casu conjux sanus furiosi curam habere debet.
77. (5) Ob lepram, Elephantiasin, morbum Gallicum separatio non deneganda.
78. Suo periculo tamen conjux conjugi in tali morboso statu cõstituto, cohabitare potest.
79. Sensus C. 2. x. de conjug. lepros.
80. Non tamen liberatur hoc casu conjux sanus à præstatione alimentorum.
81. (6) Ob impietatem quoqve Canonistæ separationem concedunt.
82. Quod nostratibus Consistoriis non probatur;
83. Quoniam aliis auxiliis conjugi innocenti consuli queat.
84. Quandoque tamen separatio & hocce casu potest obtinere.
85. (7) Ob causas in Nov. 117. c. 9. §. 1. seqq. expressas separationem quoad thorum & mensam fieri posse quidam sentiunt.
86. Recensio istarum causarum.

DEduximus hactenus Causas Divortii, ob quas matrimonium contractum velpropriè, vel impropriè, tam quoad ipsum vinculum, quam cohabitationẽ dis-

diſſolvitur, vel etiam nonnunquam pro nullo declaratur, iisque ſimul ſubjunximus potiores falſas divortii cauſas, â jure & Dd. reprobatas. Conſeqvens jam eſt, ut tandem etiam ad infimam ſpeciem Divortii impropriè ſic dicti, nimirũ Separationem thori & menſæ, (Eheſcheidung von Tiſch und Bett) in hoc noſtro tractatu tranſeamus. Circa quam ſciendum (1) particularem hanc ſeparationem, tam ſacris literis, quam legibus civilibus penitus incognitam eſſe, nec de jure civili ad tempus concedi Divortium, prout doc. 1.

Arniſ. *de Jur. Connub. c. 6. ſect. 2.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. tit. 10.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſt.* Brunnem. *l. 2. tit. 17. §. 31.*

(diſſent. quoad Jus Romanum

Brouwer. *de Jur. Connub. l. 2. c. 29. n. 1. 2.*)

ſed â Jure Pontificio & Canoniſtis primum eſſe inventam. 2.
Cum enim ex hoc erroneo præſuppoſito, quod matrimonium ſit Sacramentum & hinc inter viventes planè indiſſolubile, verum Divortium nullum admitterent Pontificii, niſi in caſu infidelitatis, in ejus locum ſubſtituerunt, 3.
ſeparationem quoad thorum & menſam ceu apparet ex

can. 6. & ſeqq. cauſ. 32. quæſt. 7. Sanctione Concilii Trident. ſeſſ. 24. c. 8.

& trad.

T. Sanchez. *de matrimon. lib. 10. diſp. 2.* Bellarm. *libr. de matrim. c. 12. 13. 14. aliorumq; Scriptor. Pontificior.*

nec non ex aliis Theologis ac JCtis putà

Gerhard. *in loc. de Conjug. c. 10. ſect. 3. § 563. & ſeqq. uſu. ad § 594* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 3. tit. 10.* Arniſ. *d. l.* Weſenb. *in parat. ff. de divort. n. 11.* Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſtor. l. 2. tit. 12. def. 210. n. 3.* Dn. Ziegler. *in not. ad. ad Inſtit. Jur. Canon. Lancell. lib. 2. tit. 16. §. 9.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſtic.* Brunnem. *l. 2. cap. 17. §. 31.*

 Ex

Ex quibus argumenta Canonistarum & Bellarmini sufficienter refellunt

4. Wesenb. Gerhard. & Havem. *modò citat. loc.*

Et hanc Separationem quoad thorum & mensam (2) iis in casibus, in quibus vinculum ipsum matrimonii dissolvi
5. nequit, etiam nostræ Ecclesiæ retinuerunt illiusque hodiè in Consistoriis nostris usus hic est, non ut in perpetuum Separatio duret, sed illa saltem ad certum Tempus suspendatur, eòque facilius morum emendatio & animorum reconciliatio obtineatur, & majora mala, homicidium veneficium aliaque incommoda quamplurima, quæ exindè metuuntur, inter conjuges impediantur, salvo & illæso manente ipso vinculo conjugali, cum neutri liceat cum alio contrahere matrimonium altero adhuc vivente.

v. Schneidew. *ad tit. J. aut Nupt. Nupt. sub rubr. de Divort. n. 19.* Carpzov. *d. tit. 12. def. 2 u. n. 9. p. 2. decis. 180. n. 5. 6. p. 3. decis. 291. n. 1. 2 3. & seqq.* Dn. Ziegler. *d. t. 16. §. 11. & passim in dict. tract.* Dn. Stryck. *in addit. ad* Jus. *Ecclesiast. Brunnem. l. 2. c. 17. §. 31.* Havem. *d. l.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 29.* Dn. Schilter. *l. 2. Instit.* Jur. *Canon. tit. 12. §. 10.*

6. Multum igitur â vero Divortio Separatio quoad thorum & mensam differt. & quidem (1) causis, veri enim divortii
7. causa est, Adulterium, malitiosa desertio, & hujus species denegatio debiti Conjugalis; Separationis vero aliæ sunt causæ, nimirum rixæ, insidiæ, mortis machinatio, nimia sævitia, inimicitia maximè capitalis, sævissimus timor, morbi contagiosi incurabiles, &c. de quibus sigillatim in
8. seqq. erit tractandum. (2) differt intentione partium, cum divortium fiat animo perpetuam constituendi dissolutionem, absque ulla spe ulterioris cohabitationis: Separatio vero ad certum saltem tempus, sub spe Reconciliationis.

(3) de-

(3) denique differt Effectu, Divortium enim matrimonium totaliter tam quoad vinculum quam cohabitationem dissolvit, illoque subsecuto, omnia jura ac privilegia Conjugium adhuc durans, aliàs concomitantia, planè cessant, personæ hoc modo separatæ pro solutis habentur, & alteri Conjugum cum alio matrimonium contrahere permittitur; quæ omnia in hac separatione, quoad thorum & mensam ob vinculum conjugale etiamnum consistens, aliter se habent. Et hinc non tantum maritus durante separatione usumfructum retinet in bonis uxoris, illeque tam uxori quam liberis, (quorum cura ac educatio parti innocenti, patri & matri committitur, secund. 9.

Nov. 117. c. 7. Carpz. *p. 3. decis. 291.*

alimenta pro utriusque dignitate & facultatibus, prævia moderatione Judicis, præstare tenetur, ac onera matrimonii sustinere cogitur, prout sæpius in Protosynedr. Eccles. Dresdensi pronunciatum fuisse novimus, (â qua tamen alimentatione liberatus maritus, qvando Uxori restituit bona illata, eaque ad alimentationem sufficientia sunt

Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 12. def. 213.* & Havem. *d. l.* (Brouwer. *d. tr. lib. 2. c. 29. n. 20.*)

Sed etiam Adulterium â separatis Conjugibus, fœdis libidinibus post separationem se contaminantibus, comittitur, quantumvis h. c. pœna adulterii ordinaria remittatur, & in extraordinariam commutetur, prout post Dd. plurib. demonstr.

Schneid. *ad tit. J. de Nupt. sub. rubr. de Divort. n. 19.* Beust. *d. p. 2. c. 9.* Carpzov. *p. 2. decis. 191. & p. 3. decis. 291. & in Pract. Crimin. l. 2. 4. 61. n. 53. & seq. & l. 2. Jurispr. Consistor. tit. def. 210. 213.* (ubi cum Beust. alimentationem uxoris restringit, ad istum casum, quando facta est separatio ob culpam mariti) & 214.

conf.

Havem. *d.c.10. pag. 458.* Stryck. *in addit. ad Jus Eccles.* Brunnem. *l.2.c.17. §.31. pag. 685. & seqq.*

10. Non minima quoque differentia hîc inducitur (4) quoad Jus Successionis. Facto enim legitimo & totali divortio propter Adulterium, atqve malitiosam desertionem, omne jus successionis penitus tollitur, & neuter Conjugum ex alterius Conjugis bonis quicquam lucratur, quamvis pars nocens superstes sit conjugi defuncto innocenti. In casu vero separationis qvoad thorum & mensam, tam qvoad partem nocentem quam innocentem, jus succedendi salvum atque integrum manet, uti latius deduc.

Schneidew. *ad tit. J. de heredit. quæ ab intestat. def. sub rubr. de success. inter vir. & uxor. n. 23.* Carpz. *p. 3. const. 26. def. 15. 16. 17. & l. 2. Jurispr. Consistor. definit. 215.* (ubi Berlichii *dissentientis opinionem refellit.*)

11. (5) monendum, quod omnis privata Conjugum secessio & separatio thori & mensæ sit interdicta, sive bona gratia vel pari consensu secedant Conjuges, sive ea secessio fiat ob malos mores, spurcitiem reluctantis Comparis aliamve quãvis causam, & si se separavit mulier â reluctante marito, vel hic dissentiente Uxore, & sibi invicem cohabitare nolint,
12. ejusmodi Conjuges, ad consortium vitæ, persvasionibus ac severis cohortationibus ad hoc etiam inviti â Magistratu Ecclesiastico adigi, & cohabitationẽ detrectantes â Magistratu Politico quandoque carcere, âliave pœna arbitraria ad eam compelli debeant, & possessoria quoque reme-
13. dia in tali casu tam marito quam uxori competant secund.

c. intelligimus 6. x. de Adult. & stupr. c. 10. & c. 13. x. de restit. spoliator. c. 3. 4. x. de divort. Ordinat. Ecclesiast. Elector. Saxon. *sub tit.* von Ehegatten so einander böslich verlassen / & Ordinat. Matrimon. *de* anno 1624. *punct. 3.*

§. Wür-

§. Würden auch &c. Canis. *in d. c. 3. & 4. x. de divort.* 14.
Kizel *in Synopf. matrim. c. 10. theor. 4.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 29. n. 4. 5.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Eccles. tit. 12. def.* 207. *& seq.*

Nisi adsit justa & sufficiens causa cohabitationem detrectandi; quo tamen casu Conjuges proprio ausu se invicẽ separare nequeunt, sed prævia Magistratus Ecclesiastici authoritate, causæ cognitione & sententia, tentatis prius o- 15.
mnibus mediis reconciliationis omnique obtinendæ concordiæ & redintegrandi amoris spe desperata, separatio 16.
facienda est, ceu fusius doc.

Kizel. *d. l.* Carpzov. *d. tit. 12. def. 211.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 29. n. 4. 5. 6. 7.* Havem. *l. 3. Gamalog. tit. 10.*

Causas autem justas hujus Separationis quod attinet, inter 17.
illas referuntur (1) Nimia mariti sævitia. Licet enim ob 18.
maritalem potestatem, modica & moderata castigatio, ju-
sta ex causa & cum necessitas urget, (e. g. ob malos mores 19.
uxoris,) permissa sit marito, & ad verbera qvoqve nonnunquam deveniri possit,

arg. l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil. l. ult. C. de Emendat. propinq. Nov. 117. c. 4. & secund. trad. Sanchez. *de matrimon. lib. 10. dist. 18.* Decian. *in tract Crimin. l. 9. c. 11. n. 14.* Arnis. *de Jur Connub. cap. 6. sect. 4.* Martin. Coler. *de Aliment. lib. 1. c. 10. n. 23. & seqq.* Kizel. *in Synopf. matrimon. cap. 7. theor. 8. lit. b. 1. & c. 8. theor. 10. lit. f.* Harpr. *ad §. non solum J. de Injur. n. 22. & seqq.* Carpzov. *in pract. crimin. l. 2. q. 12. n. 48. & seqq. & in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 12. def. 212. n. 1. & seqq.* Gracke *de autorit. privat. c. 12. n. 2.* Dn. Stryk. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. tit. 17. §. 31.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 6.*

consent.

Mev. *in commentar. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 439. & seqq.* Adeò

20. Adeò ut pactum de non corrigendo, tanquam bonis moribus contrarium, improbetur,

secund. *Mev. d. l.*

Illa tamen poteſtas ultra lenem verberationem palma vel pugno factam, ulterius vel eò, extendi nullo modo debet, ut etiam fuſtibus vel flagellis uxorem tractare, & hoc aliove modo in eam graviter ac atrociter ultra modum & rationem ſævire liceat, ut rectè ſent.

Farinac. *l. 4. oper. crimin. tit. 16. quæſt. 143. n. 180. & ſeqq.* Joan. Bapt. Coſta. *de facti ſcient & ignor. cent. 2. diſtinct. 25.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. f.* Gracke Stryck. & Havem. *modò citat. loc.* Heeſer. *in loc. commun. de bonor. commun. p. 2. cap. 216. & ſeqq.*

21. Si itaq; ſævitiam talem, (quam non inferunt gravis aliqua & iracunda increpatio, uti nec fribusculum & jurgium aliquod neq; etiam quicunq; mali mores Conjugum, v. g. ſi Ebrioſus ſit maritus, atq; ſæpius vino ac cereviſia madidus, aut aleator vel prodigus, (wann er ſtets toll und voll oder auch ein ſpieler und verſchwender iſt/) & nec uxoris nec liberorum curam habeat, & viceverſa, ſi hæc omnia faciat mulier) adhibuerit maritus, eaque incorrigibilis ſit, & cum vitæ periculo conjuncta, & â muliere in continenti probata fuerit, non ſolum arbitrio Judicis & ratione exceſſus maritus pœna carceris, vel pecuniaria vel alia afficitur, ſed etiam cæteris paribus, & ſi maritus non præſtet ſufficientem cau-
22. tionem vel ſævitia cautione ulteriori reparari nequeat, ſeparatio quoad thorum & menſam concedi poteſt, & in
23. præſenti caſu, tam præterita quam futura ſævitia, quam uxor veriſimiliter timet, attendi debet, imò quandoq; ſolæ minæ, juſtum metum incutientes ſufficiunt, conſiderato
24. minantis mariti ingenio, (putà ſi ille ſit homo ſcandaloſus, ſævus, & ſolitus minas exequi) & minandi modo; (e. g.

ſi

fi minatus fuerit, Er wolle sein Weib erwürgen / oder ihr Arm und Bein entzwey schlagen) nec qvicqvam hîc refert, causam hujus sævitiæ præstitisse alterum Conjugum, 25.

v. cap. literas x. de restit. spoliat, c. ex transmissa eod. tit, l. nec timorem ff. de eo qvod metus causa. cap. veniens x. de sponsal. L. hæc a. 4. ff. si cui plus quam per Falcid. Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18.* Gerhard *de Conjug. § 631.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Dedeken. *vol. 3. consil. Theolog. lib. 4. sect. 2.* Carpzov. *in pract. crimin. p. 1. quæst. 12. n. 50. & seqq. & in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 12. def. 218. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 6.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 18.* Brouwer. *de Jur. Connub. l. 2. c. 29.* Brunnem. *d. tit. 17. §. 31.*

confer. etiam

Farinac. *p. 5. oper. Crimin. q. 143. n. 129. & seqq. & n. 163. & seqq. (qui de hac causa ejusque probatione prolixius tractat. &* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 6. lit. f. g. h. i. Ubi dictâ lit I.*

notabiliter scribit, quod si ex omnibus circumstantiis putà personarum, structarum insidiarum, vitæ, ac sævitiæ qvalitate, nec non ex lapsu Temporis Judicis arbitrio æstimandi, appareat, nullam amplius spem reconciliationis vel redintegrationis istius matrimonii superesse, & partem innocentem parti nocenti ob capitales inimicitias non amplius, & sine vitæ periculo concredi posse; Tum isto casu propter denegatum debitum conjugale, (quæ denegatio species est malitiosæ desertionis,) & delictum omisśionis cum delicto commissionis, nimirum mortis machinatione & intolerabili lævitia concurrens, tandem omnimoda separatio s. verum Divortium concedi possit. Quod ipsum tum demum admittimus, quando cum ejusmodi summa sævitia simul pertinax debiti conjugalis per aliquem tractũ 26.

Nn tem-

temporis continuata concurrit: Alias extra illum casum, ob solam sævitiam mariti, qualiscunque etiam illa sit, separationem tantummodò quoad thorum & mensam locum habere verius putamus.

Uti vero maritorum, ita & Uxorum sævitia, perpetuæ
27. rixæ, jurgia continua, & qvotidianæ furiæ, secessioni nonnunquam causam præbere possunt, ut ex necessitate quadam hæc thori & mensæ Separatio ad certum tempus marito concedenda sit, si alio modo, aliave via, (scil. per Re-
28. conciliationem,) ejusmodi Litigia componi neqveant. Unde si Uxor pœnitentia ducta, â rixa in posterum se abstinere velle declaret, & correctionem morum promittat, â separatione tamdiu abstinendum erit, donec constet, eam illusisse marito.

consul. hîc Carpz. *d. t. 12. def.* 217. Brouwer. *d. c.* 29. *n.* 35.

29. Pariter etiam (2) ob Inimicitiam non quidem levem sed capitalem & implacabilem inter Conjuges ortam, separationem hanc obtinere posse, constat ex

c. 8. vers. si a. x. de restitut. spoliator. vid. Farinac. *p. 5. oper* Crimin. *q. 143. n. 144. & seqq.* Covarruv. *in 4t. decretal. p. 2. c. 7. §. 5.*

n. 1. in fin. faciunt huc tradita â nobis suprà in dissoluti sponsalior. p. 1.

ad quæ brevitatis studio nos referimus.

30. Deinde (3) inter justas qvoqve causas Separationis qvoad thorum & mensam, meritò referuntur Insidiæ vitæ Conjugis, veneno aliove modo structæ. Sive ergò maritus uxoris vitæ insidiatus fuerit, sive uxor marito tales insidias struxerit, (wenn ein Ehegatt dem andern mit Gifft oder sonsten nach dem Leben stellet) separatio conceditur, etiam effectu non
31. subsecuto, dummodò ad actum aliqvem exteriorem pervenerit.

cap.

cap. 1. x. de divort. c. ex transmissa 8. & c. literas 13. circ. fin. x. de restit. spoliator. Farinac. *d. q. 143. n. 155. & seqq.* Hostiens. *in summ. tit. x. de divort. n. 2.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 6. & seqq.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Covarruv. *de matrim. p. 2. tom. 1. c. 7. §. 5. n. 3.* Arnis. *de Jur. Connub. c. 6. sect. 10. n. 26. & seqq.* Brouwer. *eod. tract. l. 2. c. 29. n. n.* (qvi etiam metum struendarum insidiarum, si non vanus sit, sed talis, qvi in constantem fœminam cadere possit, sat causæ ad hanc rem esse statuit) Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. def. 217. n. 2.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 33.*

add.

Dedekenn. *vol. 3. consil. Theolog. lib. 4. sect. 2. & sect. 8. n. 3. 4. 5.* Richter. *vol. 1. p. 5. consil. 17. n. 19.*

Et hoc casu simul ad Judicem secularem causa remittitur, ad inqvisitionem, ob tentatum veneficium formandam, & debitam pœnam nocenti infligendam. 32.

Brunnem. *d. l.*

Idem dicendum putat, de Insidiis ab uxore mariti bonis vel honori structis, & ob illas itidem separationem obtinere afferit, 33.

Richter. *d. consil. 17. n. 9.*

Sed Nobis contraria sententia, sc. qvod causa ejusmodi per se, non concurrentibus aliis circumstantiis, planè insufficiens sit ad separationem verior videtur; qvia (1) hoc nullibi lege cavetur, & jura separationem ob insidias vitæ structas permittentes, ad præsentem casum propter rationem diversitatis manifestam extendi non debent: & (2) insidiæ bonis saltem vel honori mariti positæ, aliis remediis legitimis atque competentibus averti possunt, ut proindè ad separationis remedium extremum & subsidiarium recurrendum non sit. 34. 35. 36.

 arg.

arg. l. in causæ 16. in pr. ff. de minor.

37. Priusquam vero Judex ad separationem ex prædictis causis perveniat, omnia prius tentare tenetur, ut reconcilientur Conjuges, & cohortationibus gravissimis ad pacem & concordiam reducantur. Quæ reconciliatio secundum qvotidianam praxin Consistoriorum hodiè in passu nimi-
38. æ sævitiæ, vel inimicitiarum, vel sine cautione, vel prævia
39. illa fieri solet. Illaque priori casu obtinet, si uxor in sola mariti promissione emendationis vitæ & morum acquiescat, illique fidere velit; Et tum sola stipulatio Judicialis loco juramenti de non offendendo, item de alimentis præstandis, emendatione vitæ & morum sufficit: Daß sich der maritus erkläret/ und an Eydesstatt angelobet/ daß er hinführo an seinem Eheweibe weder mit Worten noch Wercken sich zu vergreiffen/ sondern derselben mit Vernunfft und Bescheidenheit beywohnen/ sie mit nothwendigen Unterhalt versorgen/ auch sich sonsten/ als einem Christlichen und ehrlichen Ehemann eignet und gebühret/ verhalten wolle/ etc. qva facta pronunciatur in tali casu in Consistoriis nostris Ecclesiasticis:

Dieweil Beklagter sich vor uns erkläret/ und an Eydesstatt ange-
40. lobet/ daß er an seiner Ehefrau sich weder mit Worten noch Wercken vergreiffen/ sondern derselben etc. (inseruntur reliqua verba in præcedentibus adducta, usqve ad verba erhalten wolle/ & adduntur seqq. und hierauff Klägerin Beklagten hinwiederumb beyzuwohnen versprochen/ auch beyde Theile solcher gestalt mit einander ausgesöhnet worden/ so hat es darbey sein bewenden/ und ist Beklagter bey Vermeidung anderer Anordnung seinem Versprechen nachzukommen schuldig/ vel h. m. quando mutua intercesserunt Jurgia, vel uxor causam dedit rixæ & sævitiæ, dieweil beyde Eheleute auff unser Zureden sich zu Grund aus mit einander ausgesöhnet/ so hat es darbey sein bewenden/ und seynd so wohl der Ehemann gegen sein Eheweib/ als diese gegen dem Ehemann sich hinführo aller Christlichen Bescheidenheit zu gebrauchen/ und beyde in Zukunfft einander als Christlichen Ehrliebenden Ehegatten geziemet/ beyzuwohnen schuldig/ und wird

bey

bey eines und des andern verspürter contravention gegen das schuldige Theil mit unnachbleiblicher Straffe nicht unbillich verfahren.

Ita decisum fuit in Supremo Consistorio Ecclesiastico Dresdensi in causa A. S. S. Klägerin eines/ H. W. S. Beklagten anders theils/ 21. Martii 1679.

Posteriori autem casu & quando Conjux meticulosa nudam mariti promissionem acceptare recusat, Judex sive procedat ex officio, sive ad instantiam uxoris, probata sævitia, à Conjuge sæviente, cautionem de non offendendo ulterius uxorem, exigere solet, ut eò facilius obtineatur reconciliatio à parte uxoris sævitiam mariti ulteriorem metuentis, veluti sent. & hanc materiam latius perseq. 41.

Farinac. *p. 5. oper. Crimin. q. 143. n. 209. & seqq.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 26. & seqq.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9. 10.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 6. lit. f. g. h. i.* Dedekenn. *in Consil. Theolog. vol. 3. lib. 4. sect. 2.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Eccles. tit. 12. def. 218. 219. 220. & seq. & in pract. crim. p. 1. q. 12. n. 53. 54. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 5. posit. 6.* Brouwer. *d. l. 2. c. 29. n. 18. 19.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 18.* Brunnem. *d. tr. d. cap. 17. §. 31. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

In præsenti igitur casu ante omnia Conjugi agenti probatio sævitiæ incumbit, secund. Roland à Valle *vol. 3. consil. 27. n. 2.* Alex. *vol. 4. consil. 115.* Heeser. *in Loc. Commun. d. bonor. commun. p. 2. c. 16. n. 223.* (ubi subdit, quod in hac materia etiam faciliores probationes admittantur.) Et si hanc pars altera inficietur, & actrix in continenti probare neqveat, per sententiam interlocutoriam injungitur, h. m. 42.

Dieweil Beklagter der beschuldigten (vel geklagten) sævitien nicht geständig/ als ist dieselbe Klägerin wie recht beyzubringen schuldig/ 43.
worauff denn ferner in der Sache ergehet/ was recht ist/

vel hisce verbis:

Das Kläger zuförderst die angegebenen sævitien/ besser als beschehen/ beyzubringen schuldig.

prout totâ die pronunciatur in Consistoriis nostris Saxonic.

Et hac probatione legitimè (idoneis scil. testibus vel
44. confessione propria mariti, vel per famam vicinorum aliove modo) peracta, tum demum ad præstandam cautionem compellitur Reus; & sententia fertur seqq. formalibus:

Das Klägerin wider ihren Willen/ Beklagtem/ ehe und bevor derselbe Klägerin an Leib und Leben nicht zu gefehren / gnugsame und annehmliche caution bestellet/ zu Tisch und Bett beyzuwohnen nicht schuldig/ addit. etiam: Beklagter auch ihr (& si liberi adsunt, und denen mit ihr erzeugten Kindern) wöchentlich = Thl. zur benöthigten alimentation beyzutragen und zu bezahlen verbunden. Ita decisum fuit hactenus in Supremo Consistorio Dresdensi in causa Annen Meltzerin Klägerin eines/ Heinrich Meltzern Beklagten andern theils 11. Aug. 1679. & in causa Dorotheen/ George Mitreuters Eheweib/ Klägerin eines/ itztgedachten ihren Ehemann Beklagten anders theils/ 20. August. 1679.

45.

46.

aliisqve casibus pluribus. Et hanc sententiam prædictum Judicium jam dudum comprobasse, apparet extrad.

Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. tit. 12. def. 215. n. 10. & seqq.*

Cæterum quoad hanc cautionem observand. (1) illam sem-
47. per idoneam & sufficientem (gnugsam und annehmlichen) â marito præstari debere, & quænam talis sit, arbitrio & de-
48. cisioni Magistratus Ecclesiastici committendum, ac qvalitatem personarum, nec non sævitiæ, minarum & offensionis aliasve circumstantias probè perpēdendas esse secund.

Farinac. *d. tr. p. 3. quæst. 107. n. 39. & 43.* (*qui d. q. 107. art. 1. 2. latissimè materiam cautionis de non offendendo pertractat.* Sanchez. *d. q. 18. n. 32. 34. & seqq.* Beust. Kizel. Carpz. Havem. Brouwer. Ziegler. Brunneman. Stryck. *supra*

suprà allegat. loc. Carpzov. *p. 4. def. forens. const. 15. def. 6. 7.*

(2) quod regulariter & necessariò hæc cautio præstanda sit, pignoribus vel fidejussoribus per 49.

L. si ex mandato 59. ff. mandat. L. hæc a. 4. ff. si cui plus quam per L. Falcid. l. 6. §. 2. ff. de offic. præsid. & trad. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 47. n. 3.* Sanchez. *d. d. lib. 10. disp. 18. quæst. 3. n. 38. & seqq.* Beust. *d. c. 9.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. g.* Farinac. *d. p. 3. quæst. 107. art. 4. n. 36. & seqq.*

consent.

Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. tit. 12. def. 219.* Havem. Ziegler. *modo citat. loc.* Heeser. *in tract. de bonor. commun. p. 2. cap. 16. n. 251. & seqq.*

ubi etiam secund.

Farinac. *d. q. 107. n. 43.*

Sola hypotheca & oppignoratio bonorum mariti, si ille 50. solvendo sit & immobilia possideat, sufficit, (wann der maritus judicialiter bey Verpfändung seines Vermögens angelobet / daß er sich an seinem Eheweibe weder mit Worten noch Wercken vergreiffen wolle / ꝛc.)

dissent. hîc cum aliis Dd. allegat. & præcisè cautionē pignoratitiam desiderat Sanchez. *d. disp. 18. quæst. 3. n. 37.*

Licet autē isto casu, & si neutram cautionem fidejussoriam 51. vel pignoratitiam maritus habere qveat, juratoriam in subsidium admittant,

Coler. *p. 2. decis. 232. n. 4.* Farinac. *d. q. 107. art. 4. n. 38. & seqq.* Sanchez. *d. lib. 10. disp. 18. n. 38. & 42.*

illa tamen, sicuti in aliis casibus, in quibus cautio de non offendendo præstanda, ita etiam in præsenti materia, u- 52. xore dissentiente, regulariter admitti non debet, nisi uxor,

de

nalem prioribus intervenientem illa convalidare posse, ut pluribus deduc.

Cypr. *de sponsal. c. 10. §. 20. n. 1.* Gerhard. *de Conjug. §. 146. & §. 655. & seq.* Havem. *d. tr. lib. 1. tit. 10. posit. 7. n. 3. pag. 132.* Brouwer. *d. tract. l. 1. c. 22. n. 12. 13. 14.*

45. Atque ita, re prius cum Facultate Theologica Lipsiensi & Scabinatu Lipsiensi communicata, in prima instantia pronunciatum fuit â Consistorio supremo Dresdensi in causa M. W. Klägerin eines/ J. G. S. Beklagten anders/ und H. H. Intervenientin dritten theils mens. Majo 1674.

46. Licet non sit diffitendum, in tali casu & sive Sponsalia duntaxat sint celebrata, sive in ipsis concubitus intervenerit, levitatem istam Sponsi, & scandalum ob contracta bina sponsalia datum severè coercendum esse, eumque qui post fidem matrimonialem puellæ vel viduæ datam aliam ducit, ultra infamiam, (in quàm indubiè incurrit propter

L. 1. ff. de his qui notant. infam.)

pœna perpetuæ relegationis, carceris, aliave arbitraria afficì imò etiam quandoque pro ratione circumstantiarum fustigatione puniri posse,

secund. Carpzov. *in pract. Crimin. p. 2. q. 67.*

CAP.

CAP. V.

De Separatione Conjugum quoad thorum & mensam, (Eheſcheidung von Tiſch und Bett.)

SUMMARIA.

1. *Separatio quoad thorum & mensam & Juri civili & sacris literis incognita.*
2. *Sed à jure pontificio inventa.*
3. *Ratio hujus inventi.*
4. *Hanc separationem certis casibus etiam nostræ Ecclesiæ recepere.*
5. *Usus ejus quinam?*
6. *Multum hæc differt à vero divortio.*
7. (1) *Causis: quæ aliæ hic, aliæ istic.*
8. (2) *Intentione partium: illic separatio totalis, hîc minùs.*
9. (3) *Effectibus, qui plures recensentur.*
10. (4) *Jure succedendi: quod in divortio planè interit, hîc salvum permanet.*
11. *Omnis, qualis qualis etiam sit, privata separatio interdicta.*
12. *Conjuges ad consortium vitæ & cohabitationem, etiam inviti, adigendi.*
13. *Competunt etiam in tali casu, utrique conjugi, remedia possessoria.*
14. *Nisi adsit justa causa cohabitationem detrectandi.*
15. *Ubi tamen causæ cognitio præcedere debet.*
16. *Et tunc separatio à Magistratu Ecclesiastico facienda.*
17. *Quænam hujus separationis justæ causæ.*

18. (1)

18. (1) *Ob nimiam mariti sævitiam separatio fieri potest.*
19. *Modica castigatio permissa marito.*
20. *Veluti palmâ aut pugno; non & fustibus aut flagellis.*
21. *Ob nimiam igitur sævitiam separatio concedi potest.*
22. *Inprimis si maritus non præstat sufficientem cautionem de non offendendo.*
23. *Sævitia tam præterita, quàm futura hîc attendenda.*
24. *Imò solæ minæ interdum sufficiunt.*
25. *Nec refert causam hujus sævitiæ præbuisse conjugem.*
26. *Interdum etiam hîc, concurrentibus aliis causis, verum divortium fieri potest.*
27. *Etiam ob Uxoris sævitiam & cottidianas furias separatio concedenda.*
28. *Si alio modo uxor corrigi neqveat.*
29. (2) *Ob inimicitias capitales & implacabiles saparatio fieri potest.*
30. (3) *Ob insidias vitæ conjugis separatio etiam concedenda.*
31. *Etsi tentatæ tantum fuerint, nec effectæ.*
32. *Hocce casu judici seculari inquisitio formanda.*
33. *Brunnemannus etiam ob insidias bonorum & honoris separationem concedit.*
34. *Nobis verò idem non videtur.*
35. *Ratio nostræ sententiæ prima.*
36. *Secunda.*
37. *Judex prius reconciliationem tentet, antequam ad separationem procedat.*
38. *Quæ reconciliatio interdum sine cautione, interdum cum cautione fieri solet.*
39. *Quando prior locum habeat?*
40. *Formula pronunciandi in hoc casu.*
41. *Quando posterior?*
42. *Hoc casu sævitia est probanda.*

43 Cu-

43. Cujus probatio ſæpe per ſententiam interlocutoriam injungitur.
44. Factâ probatione tum demum maritus ad cautionem compellitur.
45. Formula ſententiæ in hoc caſu.
46. Præjudicia Protoſynedrii.
47. Cautio hæc ſufficiens eſſe debet.
48. Cujus definitio arbitrio judicis eccleſiaſtici permittenda.
49. Pignoribus & fidejuſſoribus præſtanda.
50. Sola oppignoratio bonorum mariti immobilium hîc ſufficit, ſi ſolvendo ſit.
51. Interdum ad cautionem juratoriam maritus admittitur.
52. Quæ tamen regulariter & uxore diſſentiente admitti non debet.
53. Cautio hæc hodie ad certam ſummam reſtringitur.
54. Pro quâ vel ipſemet reus vel fidejuſſor receptus bona ſua immobilia, cum renunciatione exceptionum, oppignorat.
55. Repetitâ ſævitiâ hæc ſumma actrici ſolvenda.
56. Cautione hac acceptatâ ſeparatio aboletur.
57. Formula ſententiæ.
58. Quid ſi maritus cautionem præſtare nequeat, aut uxor eâ planè juſtè reſpuat?
59. Uxor ad cohabitandum hoc caſu cogenda non videtur.
60. Sed ſeparatio non ſimpliciter decernenda, & maritus pœnâ coërcendus.
61. Praxis Conſiſtoriorum Sax.
62. Formulæ pronunciandi.
63. Interdum ſeparatio ad certum tempus reſtringi ſolet.
64. Formula ſententiæ.
65. Præjudicia ſupremi Conſiſtorii.
66. Durante prcoeſſu ſeparationis conjuges ſeparatim degant.

Mm 67. Ma.

67. Maritus autem interim uxori & liberis de alimentis prospiciat.
68. Formula pronunciandi.
69. Præjudicia supremi Consistorii.
70. Separatio hæc semper restrictivè fieri debet.
71. Nam mutatis moribus consuetudo vitæ omninò revocanda est.
72. Nec novâ sententiâ hoc in casu est opus.
73. Imò conjux etiam invita ad cohabitandum cogi potest.
74. (4) Ob furorem violentum separatio cohabitationis concedenda.
75. Ob remissum non item.
76. Utroque verò casu conjux sanus furiosi curam habere debet.
77. (5) Ob lepram, Elephantiasin, morbum Gallicum separatio non deneganda.
78. Suo periculo tamen conjux conjugi in tali morboso statu cōstituto, cohabitare potest.
79. Sensus C. 2. *x. de conjug. lepros.*
80. Non tamen liberatur hoc casu conjux sanus à præstatione alimentorum.
81. (6) Ob impietatem quoqve Canonistæ separationem concedunt.
82. Quod nostratibus Consistoriis non probatur;
83. Quoniam aliis auxiliis conjugi innocenti consuli queat.
84. Quandoque tamen separatio & hocce casu potest obtinere.
85. (7) Ob causas in Nov. 117. c. 9. §. 1. seqq. expressas separationem quoad thorum & mensam fieri posse quidam sentiunt.
86. Recensio istarum causarum.

DEduximus hactenus Causas Divortii, ob quas matrimonium contractum vel propriè, vel impropriè, tam quoad ipsum vinculum, quam cohabitationē dis-

diſſolvitur, vel etiam nonnunquam pro nullo declaratur, iisque ſimul ſubjunximus potiores falſas divortii cauſas, â jure & Dd. reprobatas. Conſeqvens jam eſt, ut tandem etiam ad infimam ſpeciem Divortii impropriè ſic dicti, nimirũ Separationem thori & menſæ, (Eheſcheidung von Tiſch und Bett) in hoc noſtro tractatu tranſeamus. Circa quam ſciendum (1) particularem hanc ſeparationem, tam ſacris literis, quam legibus civilibus penitus incognitam eſſe, nec de jure civili ad tempus concedi Divortium, prout doc. 1.

Arniſ. *de Jur. Connub. c. 6. ſect.* 2. Havem. *in Gamalog. Synopt. l.* 3. *tit.* 10. Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſt.* Brunnem. *l.* 2. *tit.* 17. §. 31.

(diſſent. quoad Jus Romanum

Brouwer. *de Jur. Connub. l.* 2. *c.* 29. *n.* 1. 2.)

ſed â Jure Pontificio & Canoniſtis primum eſſe inventam. 2.

Cum enim ex hoc erroneo præſuppoſito, quod matrimonium ſit Sacramentum & hinc inter viventes planè indiſſolubile, verum Divortium nullum admitterent Pontificii, niſi in caſu infidelitatis, in ejus locum ſubſtituerunt, 3. ſeparationem quoad thorum & menſam ceu apparet ex

can. 6. & *ſeqq. cauſ.* 32. *quæſt.* 7. *Sanctione Concilii Trident. ſeſſ.* 24. *c.* 8.

& trad.

T. Sanchez. *de matrimon. lib.* 10. *diſp.* 2. Bellarm. *libr. de matrim. c.* 12. 13. 14. *aliorumq; Scriptor. Pontificior.*

nec non ex aliis Theologis ac JCtis putà

Gerhard. *in loc. de Conjug. c.* 10. *ſect.* 3. §. 563. & *ſeqq. uſu, ad* §. 594 Havem. *in Gamalog. Synopt. l.* 3. *tit.* 10. Arniſ. *d. l.* Weſenb. *in parat. ff. de divort. n.* 11. Carpzov. *in Jurispr. Conſiſtor. l.* 2. *tit.* 12. *def.* 210. *n.* 3. Dn. Ziegler. *in not. ad. ad Inſtit. Jur. Canon. Lancell. lib.* 2. *tit.* 16. §. 9. Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſtic.* Brunnem. *l.* 2. *cap.* 17. §. 31.

 Ex

Ex quibus argumenta Canoniſtarum & Bellarmini ſufficienter refellunt

4. Weſenb. Gerhard. & Havem. *modò citat. loc.*

Et hanc Separationem quoad thorum & menſam (2) iis in caſibus, in quibus vinculum ipſum matrimonii diſſolvi
5. nequit, etiam noſtræ Eccleſiæ retinuerunt illiusque hodie in Conſiſtoriis noſtris uſus hic eſt, non ut in perpetuum Separatio duret, ſed illa ſaltem ad certum Tempus ſuſpendatur, eòque facilius morum emendatio & animorum reconciliatio obtineatur, & majora mala, homicidium veneficium aliaque incommoda quamplurima, quæ exindè metuuntur, inter conjuges impediantur, ſalvo & illæſo manente ipſo vinculo conjugali, cum neutri liceat cum alio contrahere matrimonium altero adhuc vivente.

v. Schneidew. *ad tit. J. aut Nupt. Nupt. ſub rubr. de Divort. n. 19.* Carpzov. *d. tit. 12. def. 211. n. 9. p. 2. deciſ. 180. n. 5. 6. p. 3. deciſ. 291. n. 1. 2 3. & ſeqq.* Dn. Ziegler. *d. t. 16. §. 11. & paſſim in dict. tract.* Dn. Stryck. *in addit. ad* Jus. *Eccleſiaſt. Brunnem. l. 2. c. 17. §. 31.* Havem. *d. l.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 29.* Dn. Schilter. *l. 2. Inſtit.* Jur. C*anon. tit. 12. §. 10.*

6. Multum igitur à vero Divortio Separatio quoad thorum & menſam differt. & quidem (1) cauſis, veri enim divortii
7. cauſa eſt, Adulterium, malitioſa deſertio, & hujus ſpecies denegatio debiti Conjugalis; Separationis vero aliæ ſunt cauſæ, nimirum rixæ, inſidiæ, mortis machinatio, nimia ſævitia, inimicitia maximè capitalis, ſæviſſimus timor, morbi contagioſi incurabiles, &c. de quibus ſigillatim in
8. ſeqq. erit tractandum. (2) differt intentione partium, cum divortium fiat animo perpetuam conſtituendi diſſolutionem, absque ulla ſpe ulterioris cohabitationis: Separatio vero ad certum ſaltem tempus, ſub ſpe Reconciliationis.

(3) de-

(3) denique differt Effectu, Divortium enim matrimonium totaliter tam quoad vinculum quam cohabitationem dissolvit, illoque subsecuto, omnia jura ac privilegia Conjugium adhuc durans, aliàs concomitantia, planè cessant, personæ hoc modo separatæ pro solutis habentur, & alteri Conjugum cum alio matrimonium contrahere permittitur; quæ omnia in hac separatione, quoad thorum & mensam ob vinculum conjugale etiamnum consistens, aliter se habent. Et hinc non tantum maritus durante separatione usumfructum retinet in bonis uxoris, illeque tam uxori quam liberis, (quorum cura ac educatio parti innocenti, patri & matri committitur, secund. 9.

Nov. 117. c. 7. Carpz. *p. 3. decis. 291.*

alimenta pro utriusque dignitate & facultatibus, prævia moderatione Judicis, præstare tenetur, ac onera matrimonii sustinere cogitur, prout sæpius in Protosynedr. Eccles. Dresdensi pronunciatum fuisse novimus, (â qua tamen alimentatione liberatus maritus, qvando Uxori restituit bona illata, eaque ad alimentationem sufficientia sunt

Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 12. def. 213.* & Havem. *d. l.*
(Brouwer. *d. tr. lib. 2. c. 29. n. 20.*)

Sed etiam Adulterium â separatis Conjugibus, fœdis libidinibus post separationem se contaminantibus, comittitur, quantumvis h. c. pœna adulterii ordinaria remittatur, & in extraordinariam commutetur, prout post Dd. plurib. demonstr.

Schneid. *ad tit. J. de Nupt. sub. rubr. de Divort. n. 19.* Beust. *d. p. 2. c. 9.* Carpzov. *p. 2. decis. 191. & p. 3. decis. 291. & in Pract. Crimin. l. 2. 4. 61. n. 53. & seq. & l. 2. Jurispr. Consistor. tit. def. 210. 213.* (ubi cum Beust. alimentationem uxoris restringit, ad istum casum, quando facta est separatio ob culpam mariti) & 214.

conf.

Havem. *d. c. 10. pag. 458.* Stryck. *in addit. ad* Jus *Eccles.* Brunnem. *l. 2. c. 17. §. 31. pag. 685. & seqq.*

10. Non minima quoque differentia hîc inducitur (4) quoad Jus Successionis. Facto enim legitimo & totali divortio propter Adulterium, atqve malitiosam desertionem, omne jus successionis penitus tollitur, & neuter Conjugum ex alterius Conjugis bonis quicquam lucratur, quamvis pars nocens superstes sit conjugi defuncto innocenti. In casu vero separationis qvoad thorum & mensam, tam qvoad partem nocentem quam innocentem, jus succedendi salvum atque integrum manet, uti latius deduc.

Schneidew. *ad tit.* J. *de heredit. quæ ab intestat. def. sub rubr. de success. inter vir. & uxor. n. 23.* Carpz. *p. 3. const. 26. def. 15. 16. 17. & l. 2.* Jurispr. *Consistor. definit. 215.* (ubi Berlichii *dissentientis opinionem refellit.*)

11. (5) monendum, quod omnis privata Conjugum secessio & separatio thori & mensæ sit interdicta, sive bona gratia vel pari consensu secedant Conjuges, sive ea secessio fiat ob malos mores, spurcitiem reluctantis Comparis aliamve quāvis causam, & si se separavit mulier â reluctante marito, vel hic dissentiente Uxore, & sibi invicem cohabitare nolint,

12. ejusmodi Conjuges, ad consortium vitæ, persvasionibus ac severis cohortationibus ad hoc etiam inviti â Magistratu Ecclesiastico adigi, & cohabitationē detrectantes â Magistratu Politico quandoque carcere, aliave pœna arbitraria ad eam compelli debeant, & possessoria quoque reme-

13. dia in tali casu tam marito quam uxori competant secund.

c. intelligimus 6. x. de Adult. & stupr. c. 10. & c. 13. x. de restit. spoliator. c. 3. 4. x. de divort. Ordinat. Ecclesiast. Elector. Saxon. *sub tit.* von Ehegatten so einander boßlich verlassen / & Ordinat. Matrimon. *de* anno 1624. *punct. 3.*

§. Wür-

§. Würden auch &c. Canis. *in d. c. 3. & 4. x. de divort.* 14.
Kizel. *in Synops. matrim. c. 10. theor. 4.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 29. n. 4. 5.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Eccles. tit. 12. def.* 207. *& seq.*

Nisi adsit justa & sufficiens causa cohabitationem detrectandi; quo tamen casu Conjuges proprio ausu se invicẽ separare nequeunt, sed prævia Magistratus Ecclesiastici authoritate, causæ cognitione & sententia, tentatis prius o- 15.
mnibus mediis reconciliationis omnique obtinendæ concordiæ & redintegrandi amoris spe desperata, separatio 16.
facienda est, ceu fusius doc.

Kizel. *d. l.* Carpzov. *d. tit. 12. def. 211.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 29. n. 4. 5. 6. 7.* Havem. *l. 3. Gamalog. tit. 10.*

Causas autem justas hujus Separationis quod attinet, inter 17.
illas referuntur (1) Nimia mariti sævitia. Licet enim ob 18.
maritalem potestatem, modica & moderata castigatio, ju-
sta ex causa & cum necessitas urget, (e. g. ob malos mores 19.
uxoris,) permissa sit marito, & ad verbera qvoqve nonnunquam devenire possit,

arg. l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil. l. ult. C. de Emendat. propinq. Nov. 117. c. 4. & secund. trad. Sanchez. *de matrimon. lib. 10. dist. 18.* Decian. *in tract Crimin. l. 9. c. 11. n. 14.* Arnis. *de Jur Connub. cap. 6. sect. 4.* Martin. Coler. *de Aliment. lib. 1. c. 10. n. 23. & seqq.* Kizel. *in Synops. matrimon. cap. 7. theor. 8. lit. h. 1. & c. 8. theor. 10. lit. f.* Harpr. *ad §. non solum J. de Injur. n. 22. & seqq.* Carpzov. *in pract. crimin. l. 2. q. 12. n. 48. & seqq. & in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 12. def. 212. n. 1. & seqq.* Gracke *de autorit. privat. c. 12. n. 2.* Dn. Stryk. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. tit. 17. §. 31.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 6.*

consent.

Mev. *in commentar. ad* Jus *Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 439. & seqq.*

Adeò

20. Adeò ut pactum de non corrigendo, tanquam bonis moribus contrarium, improbetur,
secund. *Mev. d. l.*
Illa tamen potestas ultra lenem verberationem palma vel pugno factam, ulterius vel eò, extendi nullo modo debet, ut etiam fustibus vel flagellis uxorem tractare, & hoc aliove modo in eam graviter ac atrociter ultra modum & rationem sævire liceat, ut rectè sent.
Farinac. *l. 4. oper. crimin. tit. 16. quæst. 143. n. 180. & seqq.* Joan. Bapt. Costa. *de facti scient & ignor. cent. 2. distinct. 25.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. f.* Gracke Stryck. & Havem. *modò citat. loc.* Heeser. *in loc. commun. de bonor. commun. p. 2. cap. 216. & seqq.*

21. Si itaq; sævitiam talem, (quam non inferunt gravis aliqua & iracunda increpatio, uti nec fribusculum & jurgium aliquod neq; etiam quicunq; mali mores Conjugum, v. g. si Ebriosus sit maritus, atq; sæpius vino ac cerevisia madidus, aut aleator vel prodigus, (wann er stets toll und voll oder auch ein spieler und verschwender ist/) & nec uxoris nec liberorum curam habeat, & viceversa, si hæc omnia faciat mulier) adhibuerit maritus, eaque incorrigibilis sit, & cum vitæ periculo conjuncta, & â muliere in continenti probata fuerit, non solum arbitrio Judicis & ratione excessus maritus pœna carceris, vel pecuniaria vel alia afficitur, sed etiam cœteris paribus, & si maritus non præstet sufficientem cau-
22. tionem vel sævitia cautione ulteriori reparari nequeat, separatio quoad thorum & mensam concedi potest, & in
23. præsenti casu, tam præterita quam futura sævitia, quam uxor veri similiter timet, attendi debet, imò quandoq; solæ minæ, justum metum incutientes sufficiunt, considerato
24. minantis mariti ingenio, (putà si ille sit homo scandalosus, sævus, & solitus minas exequi) & minandi modo; (e. g.

si

si minatus fuerit, Er wolle sein Weib erwürgen / oder ihr Arm und Bein entzwey schlagen) nec qvicqvam hîc refert, causam hujus sævitiæ præstitisse alterum Conjugum, 25.

v. cap. literas x. de restit. spoliat. c. ex transmissa eod. tit. l. nec timorem ff. de eo qvod metus causa. cap. veniens x. de sponsal. L. hæc a. 4. ff. si cui plus quam per Falcid. Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18.* Gerhard *de Conjug. § 631.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Dedeken. *vol. 3. consil. Theolog. lib. 4. sect. 2.* Carpzov. *in pract. crimin. p. 1. quæst. 12. n. 50. & seqq. & in Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 12. def. 218. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 6.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 18.* Brouwer. *de Jur. Connub. l. 2. c. 29.* Brunnem. *d. tit. 17. §. 31.*

confer. etiam

Farinac. *p. 5. oper. Crimin. q. 143. n. 129. & seqq. & n. 163. & seqq. (qui de hac causa ejusque probatione prolixius tractat. &* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 6. lit. f. g. h. i. Ubi dictâ lit I.*

notabiliter scribit, quod si ex omnibus circumstantiis putâ personarum, structarum insidiarum, vitæ, ac sævitiæ qvalitate, nec non ex lapsu Temporis Judicis arbitrio æstimandi, appareat, nullam amplius spem reconciliationis vel redintegrationis istius matrimonii superesse, & partem innocentem parti nocenti ob capitales inimicitias non amplius, & sine vitæ periculo concredi posse; Tum isto casu propter denegatum debitum conjugale, (quæ denegatio species est malitiosæ desertionis,) & delictum omissionis cum delicto commissionis, nimirum mortis machinatione & intolerabili lævitia concurrens, tandem omnimoda separatio s. verum Divortium concedi possit. Quod ipsum tum demum admittimus, quando cum ejusmodi summa sævitia simul pertinax debiti conjugalis per aliquem tractũ 26.

temporis continuata concurrit: Alias extra illum casum, ob solam sævitiam mariti, qualiscunque etiam illa sit, separationem tantummodò quoad thorum & mensam locum habere verius putamus.

Uti vero maritorum, ita & Uxorum sævitia, perpetuæ
27. rixæ, jurgia continua, & qvotidianæ furiæ, secessioni nonnunquam causam præbere possunt, ut ex necessitate quadam hæc thori & mensæ Separatio ad certum tempus marito concedenda sit, si alio modo, aliave via, (scil. per Re-
28 conciliationem,) ejusmodi Litigia componi neqveant. Unde si Uxor pœnitentia ducta, â rixa in posterum se abstinere velle declaret, & correctionem morum promittat, â separatione tamdiu abstinendum erit, donec constet, eam illusisse marito.

consul. hîc Carpz. *d. t. 12. def.* 217. Brouwer. *d. c.* 29. *n.* 15.

29. Pariter etiam (2) ob Inimicitiam non quidem levem sed capitalem & implacabilem inter Conjuges ortam, separationem hanc obtinere posse, constat ex

c. 8. vers. si a. x. de restitut. spoliator. vid. Farinac. *p. 5. oper* Crimin. *q.* 143. *n.* 144. *& seqq.* Covarruv. *in 4t. decretal. p. 2. c. 7. §. 5.*

n. 1. in fin. faciunt huc tradita â nobis suprà in dissoluti sponsalior. p. 1.

ad quæ brevitatis studio nos referimus.

30. Deinde (3) inter justas qvoqve causas Separationis qvoad thorum & mensam, meritò referuntur Insidiæ vitæ Conjugis, veneno aliove modo structæ. Sive ergò maritus uxoris vitæ insidiatus fuerit, sive uxor marito tales insidias struxerit, (wenn ein Ehegatt dem andern mit Gifft oder sonsten nach dem Leben stellet) separatio conceditur, etiam effectu non
31. subsecuto, dummodò ad actum aliqvem exteriorem pervenerit.

cap. 1. x. de divort. c. ex transmissa 8. & c. literas 13. circ. fin. x. de restit. spoliator. Farinac. *d. q 143. n. 155. & seqq.* Hostiens. *in summ. tit. x. de divort. n. 2.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 6. & seqq.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Covarruv. *de matrim. p. 2. tom. 1. c. 7. §. 5. n. 3.* Arnis. *de Jur. Connub. c. 6. sect. 10. n. 26. & seqq.* Brouwer. *eod. tract. l. 2. c. 29. n. 11.* (qvi etiam metum struendarum insidiarum, si non vanus sit, sed talis, qvi in constantem fœminam cadere possit, sat causæ ad hanc rem esse statuit) Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. def. 217. n. 2.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 33.*

add.

Dedekenn. *vol. 3. consil. Theolog. lib. 4. sect. 2. & sect. 8. n. 3. 4. 5.* Richter. *vol. 1. p. 5. consil. 17. n. 19.*

Et hoc casu simul ad Judicem secularem causa remittitur, ad inqvisitionem, ob tentatum veneficium formandam, & debitam pœnam nocenti infligendam. 32.

Brunnem. *d. l.*

Idem dicendum putat, de Insidiis ab uxore mariti bonis vel honori structis, & ob illas itidem separationem obtinere afferit, 33.

Richter. *d. consil. 17. n. 9.*

Sed Nobis contraria sententia, sc. qvod causa ejusmodi per se, non concurrentibus aliis circumstantiis, plane insufficiens sit ad separationem verior videtur; qvia (1) hoc nullibi lege cavetur, & jura separationem ob insidias vitæ structas permittentes, ad præsentem casum propter rationem diversitatis manifestam extendi non debent: & (2) insidiæ bonis saltem vel honori mariti positæ, aliis remediis legitimis atque competentibus averti possunt, ut proinde ad separationis remedium extremum & subsidiarium recurrendum non sit. 34. 35. 36.

 arg.

bey eines und des andern verspürter contravention gegen das schuldige Theil mit unnachbleiblicher Straffe nicht unbillich verfahren.

Ita decisum fuit in Supremo Consistorio Ecclesiastico Dresdensi in causa A. S. S. Klägerin eines/ H. W. S. Beklagten anders theils/ 21. Martii 1679.

Posteriori autem casu & quando Conjux meticulosa nudam mariti promissionem acceptare recusat, Judex sive procedat ex officio, sive ad instantiam uxoris, probata sævitia, â Conjuge sæviente, cautionem de non offendendo ulterius uxorem, exigere solet, ut eò facilius obtineatur reconciliatio â parte uxoris sævitiam mariti ulteriorem metuentis, veluti sent. & hanc materiam latius perseq. 41.

Farinac. *p. 5. oper. Crimin. q. 143. n. 209. & seqq.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 26. & seqq.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9. 10.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 6. lit. f. g. h. i.* Dedekenn. *in Consil. Theolog. vol. 3. lib. 4. sect. 2.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Eccles. tit. 12. def. 218. 219. 220. & seq. & in pract. crim. p. 1. q. 12. n. 53. 54. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 5. posit. 6.* Brouwer. *d. l. 2. c. 29. n. 18. 19.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 18.* Brunnem. *d. tr. d. cap. 17. §. 31. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

In præsenti igitur casu ante omnia Conjugi agenti probatio sævitiæ incumbit, secund. Roland â Valle *vol. 3. consil. 27. n. 2.* Alex. *vol. 4. consil. 115.* Heeser. *in Loc. Commun. d. bonor. commun. p. 2. c. 16. n. 223.* (ubi subdit, quod in hac materia etiam faciliores probationes admittantur.) Et si hanc pars altera inficietur, & actrix in continenti probare neqveat, per sententiam interlocutoriam injungitur, h. m. 42.

Dieweil Beklagter der beschuldigten (vel geklagten) sævitien nicht geständig/ als ist dieselbe Klägerin wie recht beyzubringen schuldig/ 43.
worauff denn ferner in der Sache ergehet/ was recht ist/

 vel

suprà allegat. loc. Carpzov. *p. 4. def. forens. const. 15. def. 6, 7.*

(2) quod regulariter & necessariò hæc cautio præstanda sit, pignoribus vel fidejussoribus per 49.

L. si ex mandato 59. ff. mandat. L. hæc a. 4. ff. si cui plus quam per L. Falcid. l. 6. §. 2. ff. de offic. præsid. & trad. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 47. n. 3.* Sanchez. *d. d. lib. 10. disp. 18. quæst. 3. n. 38. & seqq.* Beust. *d. c. 9.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. g.* Farinac. *d. p. 3. quæst. 107. art. 4. n. 36. & seqq.*

consent.

Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. tit. 12. def. 219.* Havem. Ziegler. *modo citat. loc.* Heeser. *in tract. de bonor. commun. p. 2. cap. 16. n. 251. & seqq.*

ubi etiam secund.

Farinac. *d. q. 107. n. 43.*

Sola hypotheca & oppignoratio bonorum mariti, si ille 50. solvendo sit & immobilia possideat, sufficit, (wann der maritus judicialiter bey Verpfändung seines Vermögens angelobet / daß er sich an seinem Eheweibe weder mit Worten noch Wercken vergreiffen wolle / 2c.)

dissent. hîc cum aliis Dd. allegat. & præcisè cautionẽ pignoratitiam desiderat Sanchez. *d. disp. 18. quæst. 3. n. 37.*

Licet autẽ isto casu, & si neutram cautionem fidejussoriam 51. vel pignoratitiam maritus habere qveat, juratoriam in subsidium admittant,

Coler. *p. 2. decis. 232. n. 4.* Farinac. *d. q. 107. art. 4. n. 38. & seqq.* Sanchez. *d. lib. 10. disp. 18. n. 38. & 42.*

illa tamen, sicuti in aliis casibus, in quibus cautio de non offendendo præstanda, ita etiam in præsenti materia, u- 52. xore dissentiente, regulariter admitti non debet, nisi uxor,

de

de cujus periculo hîc agitur, juratoriæ cautioni fidere velit, & maritus sit persona bonæ famæ & conditionis, & talis, ut de ea multum timere non possit, vel. doc.

Sanchez. *d. disp. n. 41. & seqq.* Farinac. *d. art. 4. n. 41.* Carpzov. *in pract. crimin. d. p. 1. q. 12. n. 53. & seqq. & q. 37. n. 91. & seqq. & in definit. forens. p. 4. definit. const. 15. def. 8. & in Jurispr. Consistor. d. lib. 2. tit. 12. def. 219.* Havem. *d. lib. 4. tit. 5. posit. 6.* Dn. Ziegler. *d. lib. 2. tit. 16. §. 18.* Heeser. *d. tract. p. 2. c. 16. n. 252. & seqq.*

consul. etiam hîc.

Brouwer. *de Iur. Connub. d. lib. 2. c. 29. n. 19.* qui tum demum cautionem pignorititiam, vel fidejussoriam, vel, cœteris paribus, juratoriam admittendam existimat, postqvam Maritus aliqua signa emendatæ vitæ & sepositæ ferociæ ediderit, illamque sententiam per prædictas singulas cautionis species rationibus satis validis confirmat.)

Præterea (3) singulariter hîc notandum, quod hodiè ex
53. observantia in Judiciis Ecclesiasticis, cumprimis supremo Consistorio Dresdensi recepta si pignoribus vel fidejussoribus cavendum, & Reus ad cautionis praestationem se offerat, illa ita indistinctè vel in genere non admittatur, sed pro ratione circumstantiarum & qvalitate personarum, semper ad certam summam, puta 50. 100. 200. 300. thaler. vel florenos vel circiter â Judice cautio restringi soleat in-
54. qve ipsius arbitrio determinatio quantitatis consistat. Et in tali casu vel Reus ipsemet pro summa, in sententia expressa, bona sua immobilia vel certum immobile oppignorare, vel fidejussor receptus, cum renunciatione Exceptionis Excussionis aliorumque beneficiorum fidejussoribus competentium, fidem suam adstringere, uterque vero tam
55. principalis quã fidejussor promittere tenetur, se in casum con-

contraventionis & repetitæ sævitiæ à marito, summam in stipulationem deductam actrici solvere velle.&c.

Causa igitur super quanto cautionis sufficienter cognita, illaqve præstita ac acceptata (4) separatio quoad thorum & mensam rursus aboletur, & Conjuges ad cohabitationem compelluntur. 56.

per text. in cap. literas tuas. circ. fin. x. de restit. spoliator. Farinac. *p.5. oper. crimin. q. 143. n. 224.* Sanchez. *d. disp. 18. n.3.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor d. t. 12. def. 220. & 221.* (ubi etiam facta reconciliatione, pœnam sævitiæ exercitæ marito facilè remitti scribit) Dn. Ziegler. *d. l.* Havem. *d. posit. 6.*

Et sententia fertur h. m.

Daß die erkante caution auff , Thl. zu setzen / auch nachdem solche von Beklagten auff so hoch bestellet / beyde Eheleute einander zu cohabitiren / und sich als Christlichen und erbaren Ehegatten eignet und gebühret / gegen einander zu verhalten schuldig. 57.

vel cautione jam realiter præstita seqq. formalibus:

Dieweil Beklagter sein Eheweib an Leib und Leben nicht zu gefähren / noch sie übel zu tractiren angelobet / auch deswegen auff , Thl. hoch mit seinem Hause caution bestellet / so ist Klägerin ihrem Ehemann wiederumb beyzuwohnen / ihme den usumfructum von dem Ihrigen folgen zu lassen / hingegen er sie nothdürfftig zu versorgen / beyde aber als Christlichen ehrliebenden Eheleuten zustehet / sich gegeneinander zu bezeugen schuldig.

atteſtante qvotidiana obſervantia

Et hæc omnia (5) proculdubiò procedunt, quando uxor in cautionis præstitionem consentit, illamve expressis verbis, vel tacitè, (p. si sententiam super passu cautionis latam in rem judicatam transire patitur) acceptat; qvod si verò maritus cautionem pigneratiam vel fidejussoriam, vel juratoriam præstare nequeat, vel etiam uxor cautionem planè respuat, & Judex animadvertat, ipsam habere justam 58.

67. *Maritus autem interim uxori & liberis de alimentis prospiciat.*
68. *Formula pronunciandi.*
69. *Præjudicia supremi Consistorii.*
70. *Separatio hæc semper restrictivè fieri debet.*
71. *Nam mutatis moribus consvetudo vitæ omnino revocanda est.*
72. *Nec novâ sententiâ hoc in casu est opus.*
73. *Imo conjux etiam invita ad cohabitandum cogi potest.*
74. (4) *Ob furorem violentum separatio cohabitationis concedenda.*
75. *Ob remissum non item.*
76. *Utroque verò casu conjux sanus furiosi curam habere debet.*
77. (5) *Ob lepram, Elephantiasin, morbum Gallicum separatio non deneganda.*
78. *Suo periculo tamen conjux conjugi in tali morboso statu cōstituto, cohabitare potest.*
79 *Sensus* C. 2. *x. de conjug. lepros.*
80. *Non tamen liberatur hoc casu conjux sanus à præstatione alimentorum.*
81. (6) *Ob impietatem quoque Canonistæ separationem concedunt.*
82. *Quod nostratibus Consistoriis non probatur;*
83. *Quoniam aliis auxiliis conjugi innocenti consuli queat.*
84. *Quandoque tamen separatio & hocce casu potest obtinere.*
85. (7) *Ob causas in Nov. 117. c. 9. §. 1. seqq. expressas separationem quoad thorum & mensam fieri posse quidam sentiunt.*
86. *Recensio istarum causarum.*

DEduximus hactenus Causas Divortii, ob quas matrimonium contractum vel propriè, vel impropriè, tam quoad ipsum vinculum, quam cohabitationē dis-

diſſolvitur, vel etiam nonnunquam pro nullo declaratur, iisque ſimul ſubjunximus potiores falſas divortii cauſas, â jure & Dd. reprobatas. Conſeqvens jam eſt, ut tandem etiam ad infimam ſpeciem Divortii impropriè ſic dicti, nimirũ Separationem thori & menſæ, (Eheſcheidung von Tiſch und Bett) in hoc noſtro tractatu tranſeamus. Circa quam ſciendum (1) particularem hanc ſeparationem, tam ſacris literis, quam legibus civilibus penitus incognitam eſſe, nec de jure civili ad tempus concedi Divortium, prout doc. 1.

Arniſ. *de Jur. Connub. c. 6. ſect.* 2. Havem. *in Gamalog. Synopt. l.* 3. *tit.* 10. Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſt.* Brunnem. *l.* 2. *tit.* 17. §. 31.

(diſſent. quoad Jus Romanum

Brouwer. *de Jur. Connub. l.* 2. *c.* 29. *n.* 1. 2.)

ſed â Jure Pontificio & Canoniſtis primum eſſe inventam. 2.
Cum enim ex hoc erroneo præſuppoſito, quod matrimonium ſit Sacramentum & hinc inter viventes plane indiſſolubile, verum Divortium nullum admitterent Pontificii, niſi in caſu infidelitatis, in ejus locum ſubſtituerunt, 3.
ſeparationem quoad thorum & menſam ceu apparet ex

can. 6. *& ſeqq. cauſ.* 32. *quæſt.* 7. *Sanctione Concilii Trident. ſeſſ.* 24. *c.* 8.

& trad.

T. Sanchez. *de matrimon. lib.* 10. *diſp.* 2. Bellarm. *libr. de matrim. c.* 12. 13. 14. *aliorumq; Scriptor. Pontificior.*

nec non ex aliis Theologis ac JCtis putà

Gerhard. *in loc. de Conjug. c.* 10. *ſect.* 3. §. 563. *& ſeqq. uſq. ad* §. 594. Havem. *in Gamalog. Synopt. l.* 3. *tit.* 10. Arniſ. *d. l.* Weſenb. *in parat. ff. de divort. n.* 11. Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſtor. l.* 2. *tit.* 12. *def.* 210. *n.* 3. Dn. Ziegler. *in not. ad. ad Inſtit. Jur. Canon. Lancell. lib.* 2. *tit.* 16. §. 9. Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Eccleſiaſtic.* Brunnem. *l.* 2. *cap.* 17. §. 31.

 Ex

Ex quibus argumenta Canonistarum & Bellarmini sufficienter refellunt

4. Wesenb. Gerhard. & Havem. *modò citat. loc.*

Et hanc Separationem quoad thorum & mensam (2) iis in casibus, in quibus vinculum ipsum matrimonii dissolvi
5. nequit, etiam nostræ Ecclesiæ retinuerunt illiusque hodie in Consistoriis nostris usus hic est, non ut in perpetuum Separatio duret, sed illa saltem ad certum Tempus suspendatur, eòque facilius morum emendatio & animorum reconciliatio obtineatur, & majora mala, homicidium veneficium aliaque incommoda quamplurima, quæ exindè metuuntur, inter conjuges impediantur, salvo & illæso manente ipso vinculo conjugali, cum neutri liceat cum alio contrahere matrimonium altero adhuc vivente.

v. Schneidew. *ad tit. J. aut Nupt. Nupt. sub rubr. de Divort. n. 19.* Carpzov. *d. tit. 12. def. 211. n. 9. p. 2. decis. 180. n. 5. 6. p. 7. decis. 291. n. 1. 2. 3. & seqq.* Dn. Ziegler. *d. t. 16. §. 11. & passim in dict. tract.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus. Ecclesiast. Brunnem. l. 2. c. 17. §. 31.* Havem. *d. l.* Brouwer. *de jur. Connub. lib. 1. c. 29.* Dn. Schilter. *l. 2. Instit. Jur. Canon. tit. 12. §. 10.*

6. Multum igitur â vero Divortio Separatio quoad thorum & mensam differt. & quidem (1) causis, veri enim divortii
7. causa est, Adulterium, malitiosa desertio, & hujus species denegatio debiti Conjugalis; Separationis vero aliæ sunt causæ, nimirum rixæ, insidiæ, mortis machinatio, nimia sævitia, inimicitia maximè capitalis, sævissimus timor, morbi contagiosi incurabiles, &c. de quibus sigillatim in
8. seqq. erit tractandum. (2) differt intentione partium, cum divortium fiat animo perpetuam constituendi dissolutionem, absque ulla spe ulterioris cohabitationis: Separatio vero ad certum saltem tempus, sub spe Reconciliationis. (3) de-

(3) denique differt Effectu, Divortium enim matrimonium totaliter tam quoad vinculum quam cohabitationem dissolvit, illoque subsecuto, omnia jura ac privilegia Conjugium adhuc durans, aliàs concomitantia, planè cessant, personæ hoc modo separatæ pro solutis habentur, & alteri Conjugum cum alio matrimonium contrahere permittitur; quæ omnia in hac separatione, quoad thorum & mensam ob vinculum conjugale etiamnum consistens, aliter se habent. Et hinc non tantum maritus durante separatione usumfructum retinet in bonis uxoris, illeque tam uxori quam liberis, (quorum cura ac educatio parti innocenti, patri & matri committitur, secund. 9.

Nov. 117. c. 7. Carpz. *p. 3. decis. 291.*

alimenta pro utriusque dignitate & facultatibus, prævia moderatione Judicis, præstare tenetur, ac onera matrimonii sustinere cogitur, prout sæpius in Protosynedr. Eccles. Dresdensi pronunciatum fuisse novimus, (â qua tamen alimentatione liberatus maritus, qvando Uxori restituit bona illata, eaque ad alimentationem sufficientia sunt

Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 12. def. 213.* & Havem. *d. l.* (Brouwer. *d. tr. lib. 2. c. 29. n. 20.*)

Sed etiam Adulterium â separatis Conjugibus, fœdis libidinibus post separationem se contaminantibus, committitur, quantumvis h. c. pœna adulterii ordinaria remittatur, & in extraordinariam commutetur, prout post Dd. plurib. demonstr.

Schneid. *ad tit. J. de Nupt. sub. rubr. de Divort. n. 19.* Beust. *d. p 2. c. 9.* Carpzov. *p. 2. decis. 191. & p. 3. decis. 291. & in Pract. Crimin. l. 2. 4. 61. n. 53. & seq. & l. 2. Jurispr. Consistor. tit. def. 210. 213.* (ubi cum Beust. alimentationem uxoris restringit, ad istum casum, quando facta est separatio ob culpam mariti) & 214.

conf.

Havem. *d.c.10. pag. 458.* Stryck. *in addit. ad* Jus *Eccles.* Brunnem. *l.2.c.17. §.31. pag. 685. & seqq.*

10. Non minima quoque differentia hîc inducitur (4) quoad Jus Successionis. Facto enim legitimo & totali divortio propter Adulterium, atqve malitiosam desertionem, omne jus successionis penitus tollitur, & neuter Conjugum ex alterius Conjugis bonis quicquam lucratur, quamvis pars nocens superstes sit conjugi defuncto innocenti. In casu vero separationis qvoad thorum & mensam, tam qvoad partem nocentem quam innocentem, jus succedendi salvum atque integrum manet, uti latius deduc.

Schneidew. *ad tit.* J. *de heredit. quæ ab intestat. def. sub rubr. de success. inter vir. & uxor. n. 23.* Carpz. *p.3. const. 26. def. 15. 16. 17. & l. 2. Jurispr. Consistor. definit. 215.* (ubi Berlichii *dissentientis opinionem refellit.*)

11. (5) monendum, quod omnis privata Conjugum secessio & separatio thori & mensæ sit interdicta, sive bona gratia vel pari consensu secedant Conjuges, sive ea secessio fiat ob malos mores, spurcitiem reluctantis Comparis aliamve quāvis causam, & si se separavit mulier â reluctante marito, vel hic dissentiente Uxore, & sibi invicem cohabitare nolint,

12. ejusmodi Conjuges, ad consortium vitæ, persvasionibus ac severis cohortationibus ad hoc etiam inviti â Magistratu Ecclesiastico adigi, & cohabitationē detrectantes â Magistratu Politico quandoque carcere, âliave pœna arbitraria ad eam compelli debeant, & possessoria quoque reme-

13. dia in tali casu tam marito quam uxori competant secund.

c. intelligimus 6. x. de Adult. & stupr. c. 10. & c. 13. x. de restit. spoliator. c. 3. 4. x. de divort. Ordinat. Ecclesiast. Elector. Saxon. *sub tit.* von Ehegatten so einander boßlich verlassen / & Ordinat. Matrimon. *de anno* 1624. *punct. 7.*

§. Wür-

§. Würden auch &c. Canis. *in d. c. 3. & 4. x. de divort.* 14.
Kizel. *in Synopf. matrim. c. 10. theor. 4.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 29. n. 4. 5.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Eccles. tit. 12. def.* 207. *& seq.*

Nisi adsit justa & sufficiens causa cohabitationem detrectandi; quo tamen casu Conjuges proprio ausu se invicẽ separare nequeunt, sed prævia Magistratus Ecclesiastici authoritate, causæ cognitione & sententia, tentatis prius o- 15.
mnibus mediis reconciliationis omnique obtinendæ concordiæ & redintegrandi amoris spe desperata, separatio 16.
facienda est, ceu fusius doc.

Kizel. *d. l.* Carpzov. *d. tit. 12. def. 211.* Brouwer. *d. tr. l. 2. c. 29. n. 4. 5. 6. 7.* Havem. *l. 3. Gamalog. tit. 10.*

Causas autem justas hujus Separationis quod attinet, inter 17.
illas referuntur (1) Nimia mariti sævitia. Licet enim ob 18.
maritalem potestatem, modica & moderata castigatio, justa ex causa & cum necessitas urget, (e. g. ob malos mores 19.
uxoris,) permissa sit marito, & ad verbera qvoqve nonnunquam deveniri possit,

arg. l. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil. l. ult. C. de Emendat. propinq. Nov. 117. c. 4. & secund. trad. Sanchez. *de matrimon. lib. 10. dist. 18.* Decian. *in tract Crimin. l. 9. c. 11. n. 14.* Arnis. *de Jur Connub. cap. 6. sect. 4.* Martin. Coler. *de Aliment. lib. 1. c. 10. n. 23. & seqq.* Kizel. *in Synopf. matrimon. cap. 7. theor. 8. lit. h. 1. & c. 8. theor. 10. lit. f.* Harpr. *ad §. non solum J. de Injur. n. 22. & seqq.* Carpzov. *in pract. crimin. l. 2. q. 12. n. 48. & seqq. & in Iurispr. Consistor. l. 2. tit. 12. def. 212. n. 1. & seqq.* Gracke *de autorit. privat. c. 12. n. 2.* Dn. Stryk. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. tit. 17. §. 31.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 6.*

consent.

Mev. *in commentar. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 439. & seqq.*

Adeò

20. Adeò ut pactum de non corrigendo, tanquam bonis moribus contrarium, improbetur,

secund. *Mev. d. l.*

Illa tamen poteſtas ultra lenem verberationem palma vel pugno factam, ulterius vel eò, extendi nullo modo debet, ut etiam fuſtibus vel flagellis uxorem tractare, & hoc aliove modo in eam graviter ac atrociter ultra modum & rationem ſævire liceat, ut rectè ſent.

Farinac. *l. 4. oper. crimin. tit. 16. quæſt. 143. n. 180. & ſeqq.* Joan. Bapt. Coſta. *de facti ſcient & ignor. cent. 2. diſtinct. 25.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. f.* Gracke Stryck. & Havem. *modò citat. loc.* Heeſer. *in loc. commun. de bonor. commun. p. 2. cap. 216. & ſeqq.*

21. Si itaq; ſævitiam talem, (quam non inferunt gravis aliqua & iracunda increpatio, uti nec fribuſculum & jurgium aliquod neq; etiam quicunq; mali mores Conjugum, v.g. ſi Ebrioſus ſit maritus, atq; ſæpius vino ac cereviſia madidus, aut aleator vel prodigus, (wann er ſtets toll und voll oder auch ein ſpieler und verſchwender iſt/) & nec uxoris nec liberorum curam habeat, & viceverſa, ſi hæc omnia faciat mulier) adhibuerit maritus, eaque incorrigibilis ſit, & cum vitæ periculo conjuncta, & à muliere in continenti probata fuerit, non ſolum arbitrio Judicis & ratione exceſſus maritus pœna carceris, vel pecuniaria vel alia afficitur, ſed etiam cœteris paribus, & ſi maritus non præſtet ſufficientem cau-
22. tionem vel ſævitia cautione ulteriori reparari nequeat, ſeparatio quoad thorum & menſam concedi poteſt, & in
23. præſenti caſu, tam præterita quam futura ſævitia, quam uxor veri ſimiliter timet, attendi debet, imò quandoq; ſolæ minæ, juſtum metum incutientes ſufficiunt, conſiderato
24. minantis mariti ingenio, (putà ſi ille ſit homo ſcandaloſus, ſævus, & ſolitus minas exequi) & minandi modo; (e. g.

ſi

si minatus fuerit, Er wolle sein Weib erwürgen / oder ihr Arm und Bein entzwey schlagen) nec qvicqvam hîc refert, causam hujus sævitiæ præstitisse alterum Conjugum, 25.

v. cap. literas x. de restit. spoliat. c. ex transmissa eod. tit. l. nec timorem ff. de eo qvod metus causa. cap. veniens x. de sponsal. L. hæc a. 4. ff. si cui plus quam per Falcid. Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18.* Gerhard *de Conjug. § 631.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Dedeken. *vol. 3. consil. Theolog. lib. 4. sect. 2.* Carpzov. *in pract. crimin. p. 1. quæst. 12. n. 50. & seqq. & in Jurispr.* Consistor. *l. 2. tit. 12. def. 218. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4. posit. 6.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 18.* Brouwer. *de Jur. Connub. l. 2. c. 29.* Brunnem. *d. tit. 17. §. 31.*

confer. etiam

Farinac. *p. 5. oper. Crimin. q. 143. n. 129. & seqq. & n. 163. & seqq. (qui de hac causa ejusque probatione prolixius tractat. &* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 6. lit. f. g. h. i. Ubi dictâ lit I.*

notabiliter scribit, quod si ex omnibus circumstantiis putà personarum, structarum insidiarum, vitæ, ac sævitiæ qvalitate, nec non ex lapsu Temporis Judicis arbitrio æstimandi, appareat, nullam amplius spem reconciliationis vel redintegrationis istius matrimonii superesse, & partem innocentem parti nocenti ob capitales inimicitias non amplius, & sine vitæ periculo concredi posse; Tum isto casu propter denegatum debitum conjugale, (quæ denegatio species est malitiosæ desertionis,) & delictum omissionis cum delicto commissionis, nimirum mortis machinatione & intolerabili sævitia concurrens, tandem omnimoda separatio s. verum Divortium concedi possit. Quod ipsum tum demum admittimus, quando cum ejusmodi summa sævitia simul pertinax debiti conjugalis per aliquem tractū 26.

Nn tem-

temporis continuata concurrit: Alias extra illum casum, ob solam sævitiam mariti, qualiscunque etiam illa sit, separationem tantummodò quoad thorum & mensam locum habere verius putamus.

Uti vero maritorum, ita & Uxorum sævitia, perpetuæ
27. rixæ, jurgia continua, & qvotidianæ furiæ, secessioni nonnunquam causam præbere possunt, ut ex necessitate quadam hæc thori & mensæ Separatio ad certum tempus marito concedenda sit, si alio modo, aliave via, (scil. per Re-
28 conciliationem,) ejusmodi Litigia componi neqveant. Unde si Uxor pœnitentia ducta, â rixa in posterum se abstinere velle declaret, & correctionem morum promittat, â separatione tamdiu abstinendum erit, donec constet, eam illusisse marito.

consul. hîc Carpz. *d. t. 12. def. 217.* Brouwer. *d. c. 29. n. 35.*

29. Pariter etiam (2) ob Inimicitiam non quidem levem sed capitalem & implacabilem inter Conjuges ortam, separationem hanc obtinere posse, constat ex

c. 8. vers. si a. x. de restitut. spoliator. vid. Farinac. *p. 5. oper Crimin. q. 143. n. 144. & seqq.* Covarruv. *in 4t. decretal. p. 2. c. 7. §. 5.*

n. 1. in fin. faciunt huc tradita â nobis suprà in dissoluti sponsalior. p. 1.

ad quæ brevitatis studio nos referimus.

30. Deinde (3) inter justas qvoqve causas Separationis qvoad thorum & mensam, meritò referuntur Insidiæ vitæ Conjugis, veneno aliove modo structæ. Sive ergò maritus uxoris vitæ insidiatus fuerit, sive uxor marito tales insidias struxerit, (wenn ein Ehegatt dem andern mit Gifft oder sonsten nach dem Leben stellet) separatio conceditur, etiam effectu non
31. subsecuto, dummodò ad actum aliqvem exteriorem pervenerit.

cap.

cap. 1. x. de divort. c. ex transmissa 8. & c. literas 13. circ. fin. x. de restit. spoliator. Farinac. *d. q 143. n. 155. & seqq.* Hostiens. *in summ. tit. x. de divort. n. 2.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 6. & seqq.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9.* Covarruv. *de matrim. p. 2. tom. 1. c. 7. §. 5. n. 3.* Arnis. *de Jur. Connub. c. 6. sect. 10. n. 26. & seqq.* Brouwer. *cod. tract. l. 2. c. 29. n. n.* (qvi etiam metum struendarum insidiarum, si non vanus sit, sed talis, qvi in constantem fœminam cadere possit, sat causæ ad hanc rem esse statuit) Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. def. 217. n. 2.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 17. §. 33.*

add.

Dedekenn. *vol. 3. consil. Theolog. lib. 4. sect. 2. & sect. 8. n. 3. 4. 5.* Richter. *vol. 1. p. 5. consil. 17. n. 19.*

Et hoc casu simul ad Judicem secularem causa remittitur, 32.
ad inqvisitionem, ob tentatum veneficium formandam,
& debitam pœnam nocenti infligendam.

Brunnem. *d. l.*

Idem dicendum putat, de Insidiis ab uxore mariti bonis vel 33.
honori structis, & ob illas itidem separationem obtinere
asserit,

Richter. *d. consil. 17. n. 9.*

Sed Nobis contraria sententia, sc. qvod causa ejusmodi per 34.
se, non concurrentibus aliis circumstantiis, planè insufficiens sit ad separationem verior videtur; qvia (1) hoc nullibi lege cavetur, & jura separationem ob insidias vitæ stru- 35.
ctas permittentes, ad præsentem casum propter rationem
diversitatis manifestam extendi non debent: & (2) insidiæ 36.
bonis saltem vel honori mariti positæ, aliis remediis legitimis atque competentibus averti possunt, ut proindè ad separationis remedium extremum & subsidiarium recurrendum non sit.

arg. l. in causæ 16. in pr. ff. de minor.
37. Priusquam vero Judex ad separationem ex prædictis cau-
sis perveniat, omnia prius tentare tenetur, ut reconcilien-
tur Conjuges, & cohortationibus gravissimis ad pacem &
concordiam reducantur. Quæ reconciliatio secundum
qvotidianam praxin Consistoriorum hodiè in passu nimi-
38. æ sævitiæ, vel inimicitiarum, vel sine cautione, vel prævia
39. illa fieri solet. Illaque priori casu obtinet, si uxor in sola
mariti promissione emendationis vitæ & morum acquies-
cat, illique fidere velit; Et tum sola stipulatio Judicialis lo-
co juramenti de non offendendo, item de alimentis præ-
standis, emendatione vitæ & morum sufficit: Daß sich der
maritus erkläret/ und an Eydesstatt angelobet/ daß er hinführo an sei-
nem Eheweibe weder mit Worten noch Wercken sich zu vergreiffen/ son-
dern derselben mit Vernunfft und Bescheidenheit beywohnen/ sie mit
nothwendigen Unterhalt versorgen/ auch sich sonsten/ als einem Christ-
lichen und ehrlichen Ehemann eignet und gebühret/ verhalten wolle/ ꝛc.
qva facta pronunciatur in tali casu in Consistoriis nostris
Ecclesiasticis:

Dieweil Beklagter sich vor uns erkläret/ und an Eydes statt ange-
40. lobet/ daß er an seiner Ehefrau sich weder mit Worten noch Wercken
vergreiffen/ sondern derselben ꝛc. (inseruntur reliqua verba in
præcedentibus adducta, usqve ad verba erhalten wolle/ & ad-
duntur seqq. und hierauff Klägerin Beklagten hinwiederumb beyzu-
wohnen versprochen/ auch beyde Theile solcher gestalt mit einander aus-
gesöhnet worden/ so hat es darbey sein bewenden/ und ist Beklagter bey
Vermeidung anderer Anordnung seinem Versprechen nachzukommen
schuldig/ vel h. m. quando mutua intercesserunt Jurgia, vel
uxor causam dedit rixæ & sævitiæ, dieweil beyde Eheleute auff
unser Zureden sich zu Grund aus mit einander ausgesöhnet/ so hat es
darbey sein bewenden/ und seynd so wohl der Ehemann gegen sein Ehe-
weib/ als diese gegen dem Ehemann sich hinführo aller Christlichen Be-
scheidenheit zu gebrauchen/ und beyde in Zukunfft einander als Christli-
chen Ehrliebenden Ehegatten geziemet/ beyzuwohnen schuldig/ und wird
bey

bey eines und des andern verspürter contravention gegen das schuldige Theil mit unnachbleiblicher Straffe nicht unbillich verfahren.

Ita decisum fuit in Supremo Consistorio Ecclesiastico Dresdensi in causa A. S S. Klägerin eines/H. W. S. Beklagten anders theils/ 21. Martii 1679.

Posteriori autem casu & quando Conjux meticulosa nudam mariti promissionem acceptare recusat, Judex sive procedat ex officio, sive ad instantiam uxoris, probata sævitia, â Conjuge sæviente, cautionem de non offendendo ulterius uxorem, exigere solet, ut eò facilius obtineatur reconciliatio â parte uxoris sævitiam mariti ulteriorem metuentis, veluti sent. & hanc materiam latius perseq. 41.

Farinac. *p. 5. oper. Crimin. q. 143. n. 209. & seqq.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 26. & seqq.* Beust. *p. 2. de matrim. c. 9. 10.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 8. theor. 6. lit. f. g. h. i.* Dedekenn. *in Consil. Theolog. vol. 3. lib. 4. sect. 2.* Carpz. *l. 2. Jurispr. Eccles. tit. 12. def. 218. 219. 220. & seq. & in pract. crim. p. 1. q. 12. n. 53. 54. & seqq.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 5. posit. 6.* Brouwer. *d. l. 2. c. 29. n. 18. 19.* Dn. Ziegler. *in not. ad Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 16. §. 18.* Brunnem. *d. tr. d. cap. 17. §. 31. ibique* Dn. Stryck. *in addit.*

In præsenti igitur casu ante omnia Conjugi agenti probatio sævitiæ incumbit, secund. Roland â Valle *vol. 3. consil. 27. n. 2.* Alex. *vol. 4. consil. 115.* Heeser. *in Loc. Commun. d. bonor. commun. p. 2. c. 16. n. 223.* (ubi subdit, quod in hac materia etiam faciliores probationes admittantur.) Et si hanc pars altera inficietur, & actrix in continenti probare neqveat, per sententiam interlocutoriam injungitur, h. m. 42.

Dieweil Beklagter der beschuldigten (vel geklagten) sævitien nicht geständig/ als ist dieselbe Klägerin wie recht beyzubringen schuldig/ worauff denn ferner in der Sache ergehet/ was recht ist/ 43.

 vel

suprà allegat. loc. Carpzov. *p. 4. def. forens. const. 15. def. 6. 7.*

(2) quod regulariter & necessariò hæc cautio præstanda sit, pignoribus vel fidejussoribus per 49.

L. si ex mandato 59. ff. mandat. L. hæc a. 4. ff. sicui plus quam per L. Falcid. l. 6. §. 2. ff. de offic. præsid. & trad. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 47. n. 3.* Sanchez. *d. d. lib. 10. disp. 18. quæst. 3. n. 38. & seqq.* Beust. *d. c. 9.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. g.* Farinac. *d. p. 3. quæst. 107. art. 4. n. 36. & seqq.*

consent.

Carpzov. *in Jurispr. Consistor. d. tit. 12. def. 219.* Havem. Ziegler. *modo citat. loc.* Heeser. *in tract. de bonor. commun. p. 2. cap. 16. n. 251. & seqq.*

ubi etiam secund.

Farinac. *d. q. 107. n. 43.*

Sola hypotheca & oppignoratio bonorum mariti, si ille solvendo sit & immobilia possideat, sufficit, (wann der maritus judicialiter bey Verpfändung seines Vermögens angelobet / daß er sich an seinem Eheweibe weder mit Worten noch Wercken vergreiffen wolle / rc.) 50.

dissent. hîc cum aliis Dd. allegat. & præcisè cautionē pignoratitiam desiderat Sanchez. *d. disp. 18. quæst. 3. n. 37.*

Licet autē isto casu, & si neutram cautionem fidejussoriam vel pignoratitiam maritus habere qveat, juratoriam in subsidium admittant, 51.

Coler. *p. 2. decis. 232. n. 4.* Farinac. *d. q. 107. art. 4. n. 38. & seqq.* Sanchez. *d. lib. 10. disp. 18. n. 38. & 42.*

illa tamen, sicuti in aliis casibus, in quibus cautio de non offendendo præstanda, ita etiam in præsenti materia, uxore dissentiente, regulariter admitti non debet, nisi uxor, 52.

de

contraventionis & repetitæ ſævitiæ à marito, ſummam in ſtipulationem deductam actrici ſolvere velle. &c.

Cauſa igitur ſuper quanto cautionis ſufficienter cognita, illaqve præſtita ac acceptata (4) ſeparatio quoad thorum & menſam rurſus aboletur, & Conjuges ad cohabitationem compelluntur. 56.

per text. in cap. literas tuas. circ. fin. x. de reſtit. ſpoliator. Farinac. *p. 5. oper. crimin. q. 143. n. 224.* Sanchez. *d. diſp. 18. n. 3.* Beuſt. *p. 2. de matrim. c. 9.* Carpzov. *l. 2. Juriſpr. Conſiſtor d. t. 12. def. 220. & 221.* (ubi etiam facta reconciliatione, pœnam ſævitiæ exercitæ marito facilè remitti ſcribit) Dn. Ziegler. *d. l.* Havem. *d. poſit. 6.*

Et ſententia fertur h. m.

Daß die erkante caution auff ſ Thl. zu ſetzen / auch nachdem ſolche von Beklagten auff ſo hoch beſtellet / beyde Eheleute einander zu cohabitiren / und ſich als Chriſtlichen und erbaren Ehegatten eignet und gebühret / gegen einander zu verhalten ſchuldig. 57.

vel cautione jam realiter præſtita ſeqq. formalibus:

Dieweil Beklagter ſein Eheweib an Leib und Leben nicht zu gefähren / noch ſie übel zu tractiren angelobet / auch deswegen auff ſ Thl. hoch mit ſeinem Hauſe caution beſtellet / ſo iſt Klägerin ihrem Ehemann wiederumb beyzuwohnen / ihme den uſumfructum von dem Ihrigen folgen zu laſſen / hingegen er ſie nothdürfftig zu verſorgen / beyde aber als Chriſtlichen ehrliebenden Eheleuten zuſtehet / ſich gegeneinander zu bezeugen ſchuldig.

atteſtante qvotidiana obſervantia

Et hæc omnia (5) proculdubiò procedunt, quando uxor in cautionis præſtitionem conſentit, illamve expreſſis verbis, vel tacitè, (p. ſi ſententiam ſuper paſſu cautionis latam in rem judicatam tranſire patitur) acceptat; qvod ſi verò maritus cautionem pigneratiam vel fidejuſſoriam, vel juratoriam præſtare nequeat, vel etiam uxor cautionem planè reſpuat, & Judex animadvertat, ipſam habere juſtam 58.

 accu-

recusationis causam, maritum uxorē Vatiniano odio persequi, & sævitiam Conjugis immanem tantamve esse, ut uxori per cautionem satis provideri neqveat, & insidias vitæ structas, etiam post reconciliationem & cautionem adhuc metuendas fore, vel maritus immemor suæ cautionis uxorem verberibus immodicis, minisque vel ad mortem usqve malè & atrociter tractare pergat, & à priori sævitia non desistat, nec illa cautione ulteriori reparari pos-
59. sit; Hisce casibus modò memoratis ad acceptationem fragilis remedii cautionis, & cohabitationis continuationem uxorem adigere, eoqve ipso præsenti vitæ periculo illam committere, æquitati consentaneum non videtur, sed implorato officio Magistratus Ecclesiastici separatio thori ac mensæ, seu divortium temporale, (perpetuum enim divortium, hocce casu, nisi simul accesserit malitiosa desertio, vel pertinax debiti conjugalis denegatio locum non invenit, ut rectè doc.

Schneidew. *ad tit.* J. *de Nupt. p. 4. n. 14. & seqq. & n. 19.* Beust. Kizel. Havem. *in loc. mox. citand.*

60. & suprà qvoque à nobis fuit deductum) qvousque timor sævitiæ & insidiarum desinat, omni jure simpliciter decernitur, & maritus pœna carceris vel alia coercetur.

v. d. cap. ex transmissa & c. literas vers. si vero tanta &c. Farinac. *d. p. 5. oper. crimin. q. 143. n. 130. 131. 152. & seq. & n. 25.* Sanchez. *de matrim. d. lib. 10. disp. 18. n. 32. & seqq.* Beust. *d. p. 2. c. 10.* Kizel. *d. tr. c. 8. theor. 6. lit. J.* Schneidew. *d. l.* Schürff. *cent. 1. consil. 42.* Consultat. Saxon. Mindani *l. 2. q. 23. 24.* Hav. *d. lib. 4. tit 5. posit. 6.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. d. l. 2. tit. 17. §. 33.*

61. Idcircò hodiè in Consistoriis nostris Ecclesiasticis sæpius in prædictis casibus statim absque ulla prævia cautione ad separationem proceditur, illaque per sententiam absque defi-

definitione certi temporis conceditur, h. m. daß Klägerin gestallten Sachen nach wider ihren Willen ihren Ehemann zu Tisch und 62.
Bett beyzuwohnen nicht schuldig.

Quandoque etiam, maximè si spes aliqua effulgeat emendationis vitæ & morum mariti, pronunciatur: Das Klägerin gestallten Sachen nach ihrem Ehemann zu Tisch und Bett biß zu unserer fernerer Verordnung beyzuwohnen nicht verbunden/ꝛc. Vel separatio ad certum duntaxat tempus, putà ad dimidium anni, vel ad annum vel ulterius restringi solet: Das 63.
beyden Theilen gestallten Sachen nach ein Jahr von Tisch und 64.
Bett sich abgesondert zu halten/ nachzulassen/ immassen wir ihnen solches hiermit verstatten und nachlassen. Es ist aber entzwischen N. N. (Klägerin oder Bekl.) iedoch gegen Einhebung des usus fructus von der Klägerin/ (oder Bekl. Vermögen/ mit nothdürfftigen/ (vel standmäßigen) Unterhalt/ (quam alimentationem cessante conventione partium, Judex ad certam summam prævia moderatione redigere solet, hisce verbis: Welchen wir iede Woche/ (vel iedes viertel Jahr) auff moderiren und mäßigen) zu versorgen schuldig. Atque ita decidit supremum Consistorium Dresdense 65.
in causa M. V. K. Klägerin eines/dero Ehemann H. G. V. K. Beklagten anders theils 20. Martii 1682. item in causa Dorotheè Schüßlerin an einem / Hannß Christoph Schüßlern Beklagten am andern Theil 17. Octobr. 1683. & in causa George Donaten Klägerin eines/sein Eheweib Annen Marien/ Bekl. anders Theils/ 30. Nov. 1683. aliisque.

Idque etiam observatur, quando processus separationis 66.
inter Conjuges adhuc pendet, & res indecisa est, illoque casu Conjugibus, ut interim separatim usque ad finem processus degant, & maritus uxori & liberis de alimentis prospiciat rectè injungi potest, secund. 67.

Sanchez. *de matrim. l. 10. disp. 18.* Havem. *d. t. s. posit. 6. circ. fin.* Brouwer. *d. l. 2. c. 29. n. 6.* Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 13. def. 212.*

velut etiam hactenus in prædicto Protosynedrio Ecclesiast.

itidem aliquoties decisum fuisse memini. Quandoque maximè si spes aliqua affulgeat emendationis vitæ & morum mariti pronunciatur: Daß Klägerin gestallten Sachen nach wider ihren Willen ihrem Ehemann zu Tisch und Bett biß zu unserer ferneter Verordnung beyzuwohnen nicht verbunden. Et adduntur in utroque casu seqq. verba: und Beklagter der Klägerin ihre Kleider/ Schmuck und andere eigenthümliche mobilia, so fort absolgen zu lassen/ auch ihr wöchentlich , zur alimentation (& si liberi adsint) vor
69. sie und ihre Kinder zu bezahlen verbunden. Ita decisum novimus in supremo Consistorio Dresdensi in causa Sophien Regen Klägerin eines/ Valentin Regen Beklagten anders theils/ 19. Nov. 1681. & in causa M. V. K. Klägerin eines/ H. G. V. K. Beklagten anders Theils 20. Martii 1682.

70. Quocunque autẽ modo separatio Conjugum qvoad thorum & mensam contingat, & sive ex capite sævitiæ, vel alia justa causa, sive indefinitivè, sive ad certum tempus fiat, semper tamen illa tanquam remedium duntaxat temporarium, vinculo matrimonii adhuc firmo atque valido consistente, sub spe reconciliationis fieri, eave mente ac conditione concedi debet, ut hoc modo corrigantur mali
71. mores Conjugis. Proindè si emendata vita priore spem præbeat Conjux honesti & concordis in posterum matrimonii, & sævus ingenium ac malos mores, mutet, ab iræ impetu se abstineat, & sic causa separationis cesset, tunc omninò vitæ consvetudo revocanda est, etiam extrajudicia-
72. liter, neque hîc nova sententia reconciliatio indiget, & reluctans Conjux etiam invita authoritate Judicis, si parere nolit rationi intercedentium amicorum ad cohabitandum
73. cogi potest, ut rectè sent.

Sanchez. *de matrim. d. lib. 10. disp. 17. n. 14. & disp. 18. n. 49.* Kizel. *in Synops. matrim. cap. 10. th. 4. lit. h.* Farinac. *p. 5. oper. crim. q. 143. n. 160.* Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Consistor. tit. 12. def. 216.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 3. tit. 10.* *circ-*

circ. fin. Brouwer. *d. tr. l. 2. cap. 29. n. 18.*

4. De Furore, mentis captione, dementia, nec non morbis contagiosis & incurabilibus, an & illi in catalogum justarum causarum separationis qvoad thorum & mensam sint referendæ, paucis qvoque hîc erit tractandum. Ubi sciendum (1) ob Furorem matrimonio jam consummato 74.
supervenientem, (de sola enim desipientia, vel mentis captione, & fatuitate Conjugis, wann der Mann oder das Eheweib nicht klug/ sondern sehr blöden Verstanges/ oder alber ist/ nullum dubium, ipsam prædictam separationem non inducere,) eo demum casu separationem cohabitationis, salvo manente vinculo Conjugii, concedendam esse, quando furor est violentus, maximus & intolerabilis, (wann der Furor, so hefftig ist/ daß man den darmit befallten Menschen in ein Bollwerck versperren/ und in Ketten und Banden schliessen muß/) & exindè periculum vitæ, vel aliud gravissimum arbitrio Judicis æstimandum malum, alteri Conjugum imminet.

arg. *l. 22. ff. solut. matrim.*

Aliud enim dicendum, si furor Conjugis sit remissus, & co- 75.
habitatio saltem molesta, & cum ejusmodi persona absque gravi periculo habitari possit nimirum illo casu separationem locum non habere. Et ita doc.

Sanchez. *de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 18.* Covarruv. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 7. §. 5. n. 6.* Farinac. *d. q. 143. n. 137. & seqq.* Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 689.* Carpzov. *pract. Crimin. p. 2. q. 61. n. 38. 39.* Havem. *d. tr. lib. 3. tit. 9. n. 7.* Froman. *de Jur. furiosor. §. 3. pag. 24. circ. fin.* Zach. *in quæst. Medico-Legalib. lib. 9. tit. 10. quæst. 4. n. 3. 4.*

Quamvis etiam priori casu, non minus ac in altero Conjux 76.
sanus alterius furiosi curam non abjicere, sed ipsi de alimentis, aliisqve ad recuperandam sanitatem pristinam

77. neceſſariis remediis, proſpicere omnino debet.

Cœterum (5) quoad Lepram, Elephantiaſin, morbũ Gallicum, (maximè inveteratum,) aliosve morbos abominabiles, contagioſos ac incurabiles conſtante matrimonio incidentes, expeditum eſt, illas quidem ad totalem matrimonii jam conſummati diſſolutionem ſeu verum divortium, tam de jure divino, quam humano nullo modo ſufficere, neque parti ſanæ, conſentiente licet ægrota, novum matrimonium permitti debere, per

c. hi qui 32. q. 7. c. 1. & 2. x. de Conjug. leproſor. l. ſi cum dotem 22. §. 7. verſ. quid n. tam humanum eſt, &c. ff. ſolut. matrim. l. conſenſu 6. C. de Repud.

& rationes qvas adduc.

Beuſt. *p. 2. de matrim. c. 11.* Gerhard. *d. l. §. 687. & ſeqq.* Arniſ. *de Jur. Connub. c. 6. ſect. 9. n. 9. & ſeqq.* Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 8. theor. 7. lit. f.* Alber. Gentil. *de Nupt. lib. 6. cap. 18. & 19.* Caniſ. *in Comment. ad d. t. x. de Conjug. leproſ. n. 1. 2. 3. 4.* Carpzov. *d. l. 2. Jurispr. Conſiſtor. tit. 10. def. 180. n. 1. 2. 3.* Havem. *d. tr. lib. 3. tit. 9. poſit. 6.*

78. Sed ad Separationem quoad thorum & menſam ejuſmodi morbos juſtam cauſam præbere, nec Conjugem ſanum invitum, (de volente enim & qvod iſte ſuo periculo omnino cohabitare poſſit conjugi, in tali morboſo ſtatu conſtituto, res indubia eſt;) ad cohabitationem adigendum eſſe, cumprimis ſi illa judicio Medicorum conjuncta ſit cum notabili & præſenti propriæ infectionis periculo, prout ſtat.

Sanchez. *de matrim. lib. 9. diſp. 24. n. 14. & ſeqq.* (ubi limitat hanc ſententiam, ſi ex conjunctione non immineat infectionis periculum;) *& n. 26. & ſeqq.*

conſul. & de hac materia,

Gothofr. *ad Schneidew. tit. J. de Nupt. p. 4. n. 50.* Arniſ. *d. ſect.*

d. sect. 9. n. 12. Ant. Fab. *in Cod. l. 5. tit. 12. def. 2.* Gerhard. *d. t. §. 688.* Paul. Zach. *d. lib. 9. quæst. medico-legat. tit. 10. quæst. 4.* Dn. *Ziegler. in Not. ad Instit. Jur. Canon. Lancellot. l. 2. tit. 10. §. ult. in fin.* Havem. *d. posit. 6.* Dn. Stryck. *in addit. ad Jus Ecclesiast.* Brunnem. *l. 2. tit. 16. §. 17.*

Neq; prædictis adversatur

d. c. 2. x. de Conjug. Leprosor.

Illud enim de illo casu intelligi debere, ubi redditio debiti maritalis non cedit in reddentis notabile damnum & non subest periculum infectionis trad. 79.

Zœs. *d. l.* Sanchez. *d. disp. 24. n. 17.*

Hoc tamen omni dubio caret, quod nec per hanc separationem ob suprà dictos morbos, Conjux sanus â præstatione alimentorum liberetur, sed nihilominus ægroto Conjugi, victum amictum aliaq; necessaria suppeditare teneatur. 80.

Hisce modò adductis causis separationis quoq; adjungunt Canonistæ, aliiq; Dd. sequentes & quidem (6) IMPIETATEM CONJUGIS, putà si unus ex Conjugibus alterum ad hæresim sive infidelitatem, vel maritus uxorem suam ad quodlibet aliud horrendum scelus præter hæresin pertrahere & compellere nitatur, illoq; casu alterum Conjugem ad separationem provocare posse, propter 81.

cap. quæsivit. 2. & c. quanto 7. x. de divo Divort.

contend.

Schrader. *ad tit. J. de Nupt. n. 150.* Sanchez. *lib. 10. disp. 15. n. 3. & disp. 17. n. 5.* Farinac. *l. 5. Oper. Crimin. quæst. 143. §. Geresis n. 103.* Covarruv. *tom. 1. p. 2. de matrim. c. 7. §. 4. n. 9. 10.*

Rectius vero hoc negant, & ob prædictam causam solam separationem in nostratibus Consistoriis Ecclesiasti- 82.

cis

Cap. VI.

De Processu in materiâ repudii & divortii hodie usitato, ut & judice harum causarum competente, tam primæ, quàm secundæ instantiæ.

SUMMARIA.

1. Processus materiæ nostræ est summarius.
2. Non ergo requiritur hîc solennis libelli in scriptis editio.
3. Sed substantialia solummodo processus observanda.
4. Enarratio requisitorum necessariorum.
5. Satisdationis & gvarandæ præstatio non exigitur.
6. Reconventio quoque hîc excluditur.
7. Interventio verò tertii rectè admittitur.
8. Interdum pro interveniente judicatur.
9. Formula pronunciandi in tali casu.
10. Præjudicia supremi Consistorii.
11. In causis civilibus regulariter qvidem Procurator admittitur.
12. Ut & Curatores personæque cognatæ & conjunctæ.
13. In matrimonialibus tamen minimè.
14. Sed personæ litigantes ipsæ comparere debent; etsi fœminæ aut minores.
15. Præsertim in primo termino.
16. Præjudicium in hac re Protosynedrii.
17. De foro competente in causis matrimonialibus disquiritur.
18. Jure Can. solus judex Ecclesiasticus super iis cognoscere potest.

41. *Et ab utrisqve conjunctim causæ consistoriales tractandæ.*
42. *Etsi Dillingenses ICti id Principibus nostris concedere nolunt.*
43. *Qvos solidè refutavit Carpzovius.*
44. *Ergò Magistratus politicus sibi soli judicium in causis Ecclesiasticis non rectè vindicat.*
45. *Sed eæ unicè in judiciis ecclesiasticis & Consistoriis expediendæ.*
46. *Qvod qvoad Processum primæ instantiæ ita quoque observantur.*
47. *De Processu secundæ instantiæ valde dubitatur, an solus judex secularis hasce causas validè & citra nullitatem dijudicare possit.*
48. *Appellare quidem in matrimonialibus concessum.*
49. *Nullibi enim in jure nostro id prohibitum.*
50. *Et jure Sax. Elect. qvoqve receptum.*
51. *A Senatu tamen Ecclesiastico nullo modo licet appellare.*
52. *In Casibus, qvando quæstio matrimonialis tantum facti est, licet à Consistoriis appellare.*
53. *In juris verò quæstionibus an idem liceat, ardua est quæstio.*
54. *Nos in negativam propendemus magis.*
55. *Ratio nostra prima.*
56. *Secunda.*
57. *Tertia.*
58. *Quarta.*
59. *Qvinta,*
60. *Sexta.*
61. *Septima.*
62. *Auctores relati, nobiscum facientes.*
63. *Responsio ad rationes & argumenta contraria.*
64. *Ad primum.*

65. *Secundum.*
66. *Tertium.*
67. *Quartum.*
68. *Quintum.*
69. *Praxis tamen hodierna in quibusdam locis, præprimis in Electoratu Sax. hanc contrariam opinionem defendit.*
70. *Præjudicia in hac re.*

HActenus â nobis tractatum fuit de Repudio & Divortio, ejusque causis veris ac falsis, & materiis iisdem connexis. Supereſt adhuc ut etiam Proceſſum hodiè in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis Saxonicis imprimis ProtoSynedrio Dreſdenſi, in cauſis Eccleſiaſticis & hinc etiam in materia Repudii & Divortii uſu atque obſervantia comprobatum, brevibus delineamus, nec non de harum cauſarum Judice competente quædam ſubnectamus.

Circa priorem igitur, Proceſſum nimirum, notan-
1. dum (1) iſtum per ſe ſummarium eſſe, in illo de ſimplici & plano absque ſtrepitu & forma Judicii, ſola veritate facti inſpecta procedi, ſolennitates in aliis cauſis in Judiciis receptas, atque ſubſtantialia proceſſus non attingentes, hîc ceſſare, uti plurib. demonſtr.

Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 10. theor. 11. & ſeqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 3. tit. 4.* Carpzov. *l. 3. Juriſpr. Conſiſtor. def. 27. & ſeqq.* Brunnem. *de Jur. Eccleſ. l. 3. c. 1. 2. 3. & ſeqq.*

2. Et hinc (1) atteſtante obſervantia non requiritur ſolennis libelli in ſcriptis editio vel oblatio, ſed ſummaria ſaltem querela, per modum ſupplicationis Judici ſimpliciter expoſita, cauſæque merita continens, & editio actionis per qualemcunque demonſtrationem intellectualem ſufficit, ſecund.

Kizel.

Kizel. *d. theor. 10. lit. c. d. & theor. 11. lit. a. b.* Carpzov. *l. 3. Jurispr. Consistor. tit. 3. def. 27. & 28.* Havem. *d. L.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. lib. 3. c. 2.*

Et (2) substantialia solummodò Processus Jure naturali & gentium inducta, sunt necessaria nec omittenda. Videl. 3.
(1) summaria & qualis qualis facti & controversiæ Enarratio, & petitio congrua, (2) citatio partium legitimè concepta, & ritè insinuata, terminum legalem in fatalibus, vel 4.
alium congruum, inspecta qualitate articuli controversi, locorum distantia, & personarum qualitate, continens; (3) Rei responsio, ubi solenni litis contestatione opus non est, sed summaria responsio, & sola adversæ partis contradictio sufficit: (4) Probationes ac Reprobationes, per confessionem partium, testes mediante juramento examinatos, documenta aliasve species probationis, & quandoqve præsumtiones expediendæ. (5) Interrogatoria contra personas & dicta testium, si pars adversa, contra quam Testes examinantur ad Interrogatoria provocet. Nonnunquam etiam (6) Attestatorum brevis disputatio, ut & (7) prævia sufficiente causæ cognitione, sententiæ legitima publicatio; & deniqve (8) dilationes quoque, nec non Terminorum prorogationes, in casu existentis impedimenti legitimè probati admittuntur, de qvibus omnibus aliisqve ad Processum hunc spectantibus uberius agunt

Beust. *de Jur. Connub. p. 1. c. 62. & seqq. & p. 2.* Kizel. *in Synops. matrim. cap. 10. theor. 11. & seqq. usque ad theor. 20.* Carpzov. *l. 3. Jurispr. Consistor. t. 3. def. 27. 28. & in Processu tit. 1. art. 2.* Havem. *d. tr. lib. 4. tit. 4.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. d. l. 3. c. 2. 3. 4. 5. & seqq.*

Ideòq; (9) satisdationis & Guarandæ præstatio non exigitur, & Reconventio qvoque prorsus excluditur, ut doc. 5. 6.

Molignat. *de Reconvent. q. 58.* Beust. *d. tr. p. 1. c. 22.*

 Umm.

Umm. *disp. ad Processf. 10. th. 4. n. 14.* Kizel. *d. c. 10. theor. 13.* Berlich. *p. 1. concl. 19. n. 8. & concl. 20 n. 8.*

7. Interventio verò Tertii (10) pro suo interesse, illo Judici saltem summariè ostenso, vel accessoriè & assistenter, vel principaliter ratione proprii interesse, ad removendum agentem vel defendentem, in causis matrimonialibus rectè admittitur, secund.

c. 15. x. de offic. & potestat. Judic. deleg. c. 38. x. de Testib. c. Veniens x. de sponsal.

(putà si duæ assertæ Sponsæ, unum Sponsum, aut vicissim duo asserti Sponsi, unam Sponsam petant, vel parentes in lite matrimoniali Sponsæ vel Sponso contradicant, &c.) consent.

Umm. *disp. ad Processf. 11. th. 2.* Frider. *de continent. causar. l. 3. c. 9. membr. 1.* Kizel. *d. tr. c. 10. theor. 13. lit. d. e.* Meier. *in Colleg. Argentor. ad tit. ff. de quibus rebus ad eund. Judic. eat. th. 20.* Havem. *d. lib. 4. tit. 3. posit. 3.*

8. Cujusmodi Intervenientionem in Supremo Consistorio Dresdensi sæpius factam, eamque admissam, & probato interesse & fortiori jure Intervenientis, in judicando attentam fuisse novimus. Et pronunciari solet in tali casu:

9. Und wird Intervenienten/ (vel Intervenientin) mit Klägern (vel Bekl.) die Ehe durch Priesterliche copulation zu vollziehen billich verstattet und nachgelassen / immassen wir solches verstatten und nachlassen ꝛc.

vel h. m.

Und ist Kl. (vel Bekl.) mit Intervenientin die geschlossene Ehe förderlichst zu vollnziehen schuldig.

10. prout etiam decisum memini in prædicto Judicio in causa Heinrich Schumanns Kl. an einem/ Susannen Rehnin Bekl. anders/ Michael Eyllers Intervenienten dritten Theils/ 2. Octobr. 1680. & in causa Sabinen Eckartin Kl. eines / Elien Gödens Bekl. anders / und Sybillen Sanderin/ Intervenientin dritten Theils/ item in causa Hansen

sen K. Klägern eines/ Christinen Wincklerin/ Bekl. am andern/ und Ludwig Theilen Intervenienten dritten theils/ aliisqve. Et in casu matrimonii jam consummati cum Interveniente in causa H. H. Intervenientin eines/ M. W. Klägerin anders/ und H. G. S. Bekl. dritten theils mens. Majo 74. verb. seqq.

Daß es gestallten Sachen nach bey der zwischen Bekl. und Intervenientin vermittelst Priesterlichen Copulation und erfolgter ehelicher Beywohnung/ vollzogener Ehe billich zulassen ꝛc.

Et quamvis (3) aliàs in causis civilibus non prohibitis ex parte Rei, qui legitimam personam standi in Judicio habet, constitutio Procuratoris regulariter locum habeat, & loco minorum atque, fœminarum earum Curatores in judicio admittantur, & pro litigantib9 cognatæ & conjunctæ personæ in linea recta in infinitum usque, collaterales usque ad tertium gradum, & Affines proximi, ut & Consortes Litis cum cautione Rati realiter præstita intervenire possint, ut liquet ex trad. 11. 12.

Umm. *disp. ad Process. 3. th 6. n. 32. 33. 34.* Hillig. *in Donell. Enucl. t. 18. c. 12. lit. H. & seqq.* Berlicu. *p. 1. concl. 14.* Carpzov. *in process. tit. 5. art. 1. 3. 5. 6.*

nec non

Churfl. S. Proceß-Ordn. *tit. 18.*

In matrimonialibus tamen causis, & sic etiam in processu Repudii & Divortii ex communi & inveterata Saxonicorum Consistoriorum observantia rationibus satis ponderosis firmata, legitimatio Personarum non attenditur, neque absentium Procuratores vel defensores neqve conjunctæ personæ neque affines cum cautione rati admittuntur, sed tam minores quam mulieres etiam sine Curatoribus, personam standi in Judicio Ecclesiastico habent, imò litigantes, sive illi sint majorennes, sive minorennes, sive mares, sive fœminæ semper in propria persona, præprimis in primo Termino, & qvando responsio â Reo nondum 13. 14. 15.

dum est facta, comparere, & ad actionem institutam respondere tenentur, attestant:

Beust. *p. 1. de sponsal. cap.* 22. Carpzov. *d. l. 3. Jurispr. Consistor. tit. 3. def. 31.* Havem. *in Gamalog. Synopt. d. lib. 4. tit. 4. posit. 4.*

add.

Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. d. l. 3. cap. 3. §. 1.*

16. Et pronunciari solet in ejusmodi casibus totâ die in Consistoriis nostris:

Daß Bekl. angegebener Anwald nicht zuläßlich/sondern es ist derselbe gestalten Sachen nach vor uns in der Person zu erscheinen/ und auff die erhobene Ehe (vel sævitien) Klage sich einzulassen schuldig.

Tantum de priori membro hujus capitis, Processu scil. hodierno Repudii & Divortii. Cum autẽ non satis sit in causis matrimonialibus hactenus â nobis pertractatis, Processum ipsum in partibus suis substantialibus ritè formari, & tandem per sententiam terminari; sed etiam hîc & qvidẽ
17. primario qvæstio Fori Competentis, (tanquam præjudicialis) expediri debeat, proindè exactius in hanc materiam inqvirere, & qvisnam Judex in prædictis causis tam in prima, qvàm secunda instantia sit adeundus, investigare operæ pretium erit.

Sciendum igitur (1) de Jure Canonico causas matri-
18. moniales, (quamvis ex falso isto Pontificiorum præsupposito, qvod matrimonium sit Sacramentum Novi Testamenti) causis merè Ecclesiasticis accenseri, & hinc illo jure solum Judicem Ecclesiasticum super iisdem cognoscere posse, non verò Judicem secularem & Laicum, sive de matrimonio contrahendo sive dissolvendo agatur secund.

can. multorum 10. caus. 35. q. 6. cap. decernimus 2. x. de Judic. c. tuæ 5. x. de procurat. cap. ex literis 1. in fin. x. de consang.

&

& affinit. c. pen. x. de restit. in integr. Concil. Trident. sess. 24. can. 12. Institut. Jur. Canon. Lancell. lib. 3. tit. 1. §. 3.

& trad.

Covarr. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 7. §. 6. n. 14. & c. 8. §. 12. n. 10.* Sanchez. *de matrim. lib. 7. disp. 3. n. 3. & seq.* Umm. *disp. ad process. 4. th. 13.* Cypr. *de Jur. Connub. c. 14. §. 29. n. 8.* Kizel. *in Synops. matrim. c. 10. theor. 6. 7.* Gerhard. *de Conj. §. 703. & seqq.* Speidel. *in Specul. obs. Historico-Jurid. Polit. in verb.* Ehegericht. Havem. *in Gamal. Synopt. lib. 4. tit. 1. posit. 5.*

Usqve adeò, ut Judex secularis causam matrimonialem in- 19.
cidentem, etiam non reqvisitus, ad Judicem Ecclesiasticũ remittere teneatur.

per cap. tuam 3. x. de Ord. cognit. cap. lator 5. & c. causam 7. x. qui fil. sint legit. Farinac. *lib. 1. Oper. crimin. tit. 1. q. 8. n. 25. & n. 149.* Kizel. *d. l.* Umm. *d. th. 13. n. 70.* Nicol. Betsius *de Pact. famil. Illustr. c. 6. pag. 145.*

qvod ipsum præprimis procedit, quando quæstio matrimo-
nialis Juris est, illaque movetur de ipsa matrimonii substan- 20.
tia, vinculo, jure & viribus ejus, (putà an inter contrahen- 21.
tes potuerit contrahi matrimonium, ob es eine Ehe seyn könne oder nicht? Si verò de facto saltem disceptetur, & quæstio 22.
matrimonialis facti sit, (sc. an quis natus sit ex illo matrimonio nec ne, an mulier desponsata sit, vel non, vel an 23.
matrimonium fuerit inter patrem & matrem ejus, qui successionem prætendit, vel de dote agatur &c.) In istis casibus etiam Judex secularis quandoque in causis matrimonialibus rectè cognoscit.

c. non est 11. x. de sponsal. cap. causam 7. x. qui filii sint legit. cap. accedentibus 12. in fin. x. de Excess. prælat. Covarruv. *d. c. 8. §. 12. n. 4.* Farinac. *d. q. 8. n. 25. & 150.* Cypr. *d. c. 14. n. 9.* Kizel. *d. c. 10. theor. 7.* Umm. *d. disp. 4. th. 13. n. 71. 72.*

add.

Carpzov. l. 2. definit. Ecclesiast. tit. 1. def. ¼. n. 1. Reinking. *de Reg. secul. & Ecclesiast. l. 5. class. 1. c. 10. n. 20. & seqq.* Mev. *in Comment. ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 4. n. 30. & seqq.*

24. Et licet

Panormit. & Canonist. *ad c. auditus x. de præscript. nec non Covarruv. de matrim. tom. 1. p. 2. c. 8. §. 12. n. 4.* Kizel. *in Synops. matrim. d. c. 10. theor. 7. lit. I.*

25. Judicem secularem jus cognoscendi super causis matrimonialibus etiam per præscriptionem sibi acquirere posse cō-
26. tendant, moti d.c.15.x.de præscript. Contraria tamen sententia Nobis verior videtur, quia (1) Laicus merè spiritualia neqve possidere neqve præscribere potest, per

cap. causam 7. x. de præscript. c. 19. & c. 31. x. de decim.

27. & (2) in casu præsenti primaria requisita præscriptionis, nimirum bona fides, nec non possessio justa & non vitiosa, omnino deficere videntur, sine hisce autē præscriptionem
28. nec incipere, nec currere posse in aprico est, (3) quia ipsum Jus Canonicum in omni præscriptione, & hinc hîc qvoque bonam fidem requirit.

c. ult. x. de præscript.

29. Et hanc doctrinam etiam quoad præscriptionem temporis immemorialis procedere putamus. Qvamvis enim prædicta præscriptio obtineat vim privilegii, ac specialis concessionis Imperatoriæ, illaqve de jure civili bonam fidem, & titulum haud desideret,

Secund. Gail. *l. 1. obs. 21. n. 15.* Treutler. *vol. 2. disp. 22. th. 5. lit. H. & th. 6. lit. a.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 8. n. 138. & seqq. n. 141. 142. & seqq.* Brunnem. *de Jur. Ecclesiast. l. 2. c. 11. §. 8. ibique* Dn. Stryck. *in addit.* & Dd. pass.

Attamen ad istam inducendam præcipuè reqviritur, ut
30. præscribens tempore immemoriali, ullo modo sit capax pos-

possessionis illius rei, qvam præscribit, velut iterum post.

Laymann. *in Theolog. moral. l. 3. tract. 1. c. 8. n. 2.*

recte statuit

Dn. Stryck. *in addit. ad* Brunnem *Jus Ecclesiast. d. §. 8.*

Cum verò Laicus aut secularis Judex possidere nequeat mere spiritualia, & eatenus incapax sit possessionis, conse- 31.
quens est, ut etiam præscriptio in ejusmodi rebus omnino cessare debeat arg.

L. sine possessione 25. ff. de usucap. sine 3. x. de reg. jur. in 6t.

Qvibus accedit quod ipsum Jus Canonicum generaliter in omni præscriptione, & hinc etiam immemorialis temporis requirat bonam fidem,

c. 3. c. 5. c. pen. & ult. x. de præscript. Schneid. *ad tit. I. de usucap. p. 1. n. 16. & seqq. usque ad n. 21.* Dynus Covarruv. aliiqve Dd. *ad c. possessor. de R. J. in 6t.* Mynsing. *cent. 5. obs. 6.* Rittershus. *de different. Jur. civil. & Canon. lib. 4. c. 13.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 6. n. 165.*

Illa vero hocce casu, ex parte scienter detinentis injustè rē 32.
spiritualem & alienam notoriè deficiat, ac proindè tantò minus ob concurrentem malam fidem præfata præscriptio locum invenire possit. Facit denique quod Spiritualia ratione Laici sint impræscriptibilia, & in ejusmodi re- 33.
bus nulla, etiam imemorialis temporis præscriptio valeat.

secund. trad. Mynsing. *cent. 6. obs. 28. n. 6.* Reinck. *de Reg. secul. & Ecclesiast. l. 1. class. 2. c. 8. n. 143.*

Et hæc omnia in præcedentibus adducta de Jure Canonico indubiè procedunt. Sed cum in matrimonio contrahendo & dissolvendo diversa jura concurrant, & non so- 34.
lum Jus Canonicum, sed etiam divinum, jus gentium & civile, & hodiè etiam Consvetudines & Constitutiones quorundam locorum peculiares, (die Ehe-Ordnungen) attendantur, ut demonstr.

Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 2: theor. 1.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 13. c. 18. lit. z.*

35. atq; matrimonium verè & propriè ſic dictum Sacramentum non ſit, vel. plurib. deduc.

Gerhard. *in loc de Conjug. c. 3. §. 14. 15. 16. 17. & mult. ſeqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. l. 2. tit. 1. poſit.* 3. (ubi ex Thoma Hobes refert, prædictum dogma ſc. quod matrimonium ſacramentum ſit, cum aliis, ideò â Pontificiis inventum & ementitum eſſe, ut poteſtatem regiam ac ſummam Pontificis Romani ſtabiliant, illeqve ſolus cum ſuis Judex exiſtat in quæſtione de legitimo matrimonio) Dn. Ziegler. *in elaborat. ſuis animadverſion. ad Inſtitut. Jur. Canon. l. 2. tit. 2. §. 1. & 2. tit 9. §. 2. & tit. 12. §. 9.*

36. propterea noſtrates Theologi ac JCti Auguſtanæ Cõfeſſioni addicti, rectius controverſias matrimoniales cauſis mi-
37. xtis (h. e. talibus, quæ aliquando ad forum Eccleſiaſticum, aliquando ad forum ſeculare pertinent) accenſent, & easdem etiam â Principibus & ſtatibus Imperii Evange-
38. licis ſecularibus, (qui hodiè Jurisdictione Epiſcoporum Pontificiorum totaliter cum omnibus ſuis ſpeciebus per pacificationem Religioſam & nuperam Oſnabrugenſem & Monaſterienſem ſuſpensâ, & ad ipſos Principes & Status devolutâ, Jurisdictionem tam Eccleſiaſticam quam ſecularem, Krafft der Landes-Fürſtl. Obrigkeit exercent, & negotia Eccleſiaſtica per Conſiſtoria ſua, durch die geiſtliche Ehegerichte jure proprio expedire ſolent) adhibitis in conſili-
39. um Theologis ac JCtis, dijudicari poſſe ſtatuunt, ita ut â cognitione & deciſione cauſarum matrimonialium, neque
40. Magiſtratus Politicus arceri, neque Theologi & perſonæ
41. Eccleſiaſticæ excludi poſſint, ſed ab utriſque conjunctim prædictæ cauſæ tractari ac peragi debeant.

vid.

vid. Gerhard. *in loco de Conjug.* §. *695.* & *seqq.* & *701.* & *seqq.* Matth. Steph. *de Jurisd. l.3. p.1. c.15.* Kizel. *d. c.10. theor. 8.* Reinck. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 1. c. 10.* Myler. *de Statib Imper. p. 3. cap. 88.* Knipschildt. *de Civit. Imperial. l. 2. c. 3. n. 184.* & *seqq.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 4. tit. 1. posit. 3. 4.* & *6.* Carpzov. *in definit. Ecclesiast. lib. 1. tit. 1. def. 1.*

confer.

Schüz. *vol. 2. Colleg. Public. disp. 4. th. 13.* Dn. Ziegler. *de Jurib. Majestat. lib. 1. c. 19.* & *c. 29.* §. *35.* Consil. Theolog. Dedekenn. *vol. 3. lib. 1. sect. 1. n. 2. 3.* Rudolph. Gothofr. Knichen. *in Oper. polit. lib. 2. p. 2. sect. 2. c. 1. th. 14.*

Quamvis hoc quoad Status Evangelicos Augustanæ confessioni adductos concedere nolint, omnemque iis cognitionem & decisionem causarum matrimonialium adimere conentur personati JCti vel potius Jesuitæ Dillingenses in

Composit. Pacis cap. 6. q. 42.

quorum argumenta solidè refutavit 43.

B. Carpzov. *in definit. Eccles. lib. 1. t. 7. def. 7.*

Ex quibus omnibus satis patescit, Magistratum Politicum & Judicem secularem, sibi soli Judicium in matrimonialibus, & hinc etiam in causa Repudii & Divortii, tanquam indubiè Ecclesiasticâ & matrimoniali, minus rectè vindicare, sed illam unicè in Judiciis Ecclesiasticis & Consistoriis Statuum Evangelicorum expediri atque determinari debere, secundum jura & Dd. suprà allegat. add. 44. 45.

Consil. Theolog. Dedekenn. d. *vol. 3. lib. 1. sect. 1. n. 6.*

Quod ipsum quoad Processum primæ instantiæ omni dubio caret, quem in Ecclesiasticis & matrimonialibus causis, in solis Consistoriis hodiè tractari, praxis hodierna & ob-

ſervantia quotidiana nos ſatis edocet.

47. Quoad Proceſſum verò ſecundæ inſtantiæ major & „perdifficilis exoritur dubitatio, an & quatenus cauſæ ma- „trimoniales & in ſpecie Repudii atque Divortii ad ſecun- „dam inſtantiam devolvantur, & an iſtas ſolus Judex ſecu- „laris validè & citra nullitatem dijudicare, vel etiam Spon- „ſalia aut etiam matrimonium conſummatum reſcindere „poſſit?

48. Et quamvis (1) negari nequeat, quod in matrimonialibus cauſis tanquam arduis, non minus ac in aliis, ſervatis ſervandis, ad competentem Judicem ſuperiorem parti gravatæ Appellatio concedatur, per text expr.

in cap. 39. x. de Appellat. c. 4. x. de Sponſa. duor. c. ult. x. de cognat. ſpirit. c. 1. 2. x. de matrimon. contract. contra interd. Eccleſ.

49. & (2) nullibi in jure noſtro â facultate appellandi expreſſè excepta reperiatur cauſa matrimonialis, ideòque etiam „quoad illam ſtandum ſit regulæ generali omnem cauſam „eſſe appellabilem & pro tali haberi, niſi contrarium expreſſè probetur, prout latius demonſtr.

Covarruv. *tom. 1. p. 2. de matrim. c. 8. §. 12. n. 26. & ſeqq.* Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 10. th. 30.* Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 4. tit. 4. poſit. 19.* Carpzov. *p. 3. deciſ. 240. & in proceſſ. tit. 18. art. 2. n. 11. & ſeqq.*

add.

Mev. *p. 2. deciſ. 364.* Brunnem. *de Jur. Eccleſiaſt. lib. 3. c. 10. §. 1. 2. 3. 4.*

50. & quia (3) in Electoratu quoque Saxonico Appellatio â ſententiis in Conſiſtoriis latis, non vero â deciſis & Reſcriptis ex ſupremo Conſiſtorio Dreſdenſi, ceu Senatu Eccleſiaſti- „co, aus dem Kirchen-Rath/ emanatis, â quibus appellare nul- „lo modo licet, teſte qvotidiana obſervantia) locum habeat, propt text.

In

in Churfl. Sächſ. Landes-Ordn. de anno 1555. tit. Conſiſtoria. §. da ſich aber iemand &c. Kirchenord. tit. 13. vom Ober-Conſiſtorio zu Dreßden §. es ſoll aber. ubi expreſſis verbis & generaliter abſque exceptione cauſarum matrimonialium diſponitur: Daß die Appellationes von denen Conſiſtoriis, in denen Fällen/ da ſie zuläßlich/ und ſtatt haben/ angenommen/ und dem Churfl. Hoffs-Gebrauch nach juſtificiret werden ſollen

conſent.

Carpzov. *l. 1. definit. Eccleſiaſt. tit. 1. def. 12. n. 15. & d. deciſ. 240.* Knich. *vol. 1. oper. Polit. l. 2. p. 1. c. 13. th. 12. & p. 2. lib. 2. ſect. 2. cap. 1. th. 14.*

Quæ ſententia affirmativa iſtis caſibus, & qvando qvæſtio matrimonialis ſaltem facti, non vero Juris eſt, ſecundum ſuprà tradita, proculdubio obtinet. 52.

Verum an hoc etiam ad iſtum caſum, ubi de ipſa matrimonii ſubſtantia, vinculo, jure & viribus ejus, nec non de fœdere matrimoniali vel confirmando vel diſſolvendo controvertitur, extendi debeat, & Judex merè ſecularis, ſolus in ſecunda inſtantia de ejuſmodi cauſis cognoſcere, vel etiam ſententiam pro firmitate matrimonii vel ſponſaliorum in prima inſtantia in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis latam, in conſultis Theologis, reſcindere valeat, ardua & difficilis eſt quæſtio. Circa quam Nos, ſalvo cujuſvis rectius ſentientis Judicio, magis in negativam propendemus. Nam (1) expediti juris eſt, Judicem Appellationis, ad qvem fit provocatio, non tantum ratione perſonarum litigantium ſuperiorem, ſed etiam ratione cauſæ, ſuper qua cognoſcendum, competentem, ipſique cognitionem & dijudicationẽ iſtius cauſæ non minus ac Judici â qvo commiſſam eſſe debere, cum iſte ſuccedat in locum Judicis â quo, ſecund. 53. 54. 55.

Scacc. *de Appellat. q. 11. n. 17.* Carpz. *in proceſſ. tit. 18. art. 1. §.*

1.§.9.n.74.& seqq. Hülsem. *in Breviar. Theolog. c. 19. thes. 19.*
& eadem qualitas causæ seu objecti eandem etiam requirat
56. qualitatem Judicis, ad quodcunque etiam Tribunal per gradus ascendatur, (2) qvod forum pro prima instantia debet componi ex Clericali ac Laicali Judice, hoc multò minus in Appellatione competere potest uni, ex hisce duobus, ut iterum rectè argumentatur

Hüllemann. *d. l.*

57. Jam vero (3) indubium, qvod solus Judex secularis quoad primam instantiam incapax sit cognitionis de causis Ecclesiasticis & spiritualibus, tam principaliter quam incidenter, & respectu istarum pro Judice incompetente habeatur, cumprimis qvando qvæstio est super jure, substantia & vinculo matrimonii, & non super facto,

secund. Farinac. *in Prax. crimin. lib. 1. tit. 1. q. 8. n. 18. & seqq. n. 146. & seqq.*

& (4) causæ matrimoniales aliævè Ecclesiasticæ à Jurisdi-
58. ctione merè secularis Judicis sint exemtæ, illæque in Consistoriis nostratibus Evangelicis, à Theologis atque JCtis simul hodiè expediantur, prout suprà ex jure luculenter fuit demonstratum. Proindè de Judice secundæ instantiæ idē judicium ferendum, nimirum qvod etiam eatenus forum tam ex Clericis quam Laicis conjunctim formari debeat.

vid. Marant. *in Specul. p. 4. dist. 13.* Vant. *de Nullitat. ex defect. juridict. ordinar. n. 54.* Kizel. *d. tr. c. 10. theor. 30. lit. d. e.* Hillig. *in Donell. Enucl. l. 17. c. 10. lit. Cc.*

59. Et cum (5) causæ matrimoniales, quà tales quando de jure & viribus matrimonii, vel de matrimonio contrahendo vel dissolvendo agitur, neque per viam simplicis querelæ, neque per Appellationem ad Judicium Aulicum Imperatoris, (an den Käyserl. Reichs Hoffrath) & Cameram Imperialem Spirensem quæ tamen summa sunt Imperii Germanici

nici Tribunalia) devolvantur, veluti apparet ex

Recess. Imper. *de anno 1570.* §. & trad. Geil. *l. 1. obs. 112. circ. fin.* Mindan. *de process. l. 2. c. 10.* Keink. *de Reg. secul. & Eccles. l. 2. class. 2. c. 14. n. 41. & l. 3. class. 1. c. 10. n. 24. & seqq.* Limn. *l. 9. Jur. Publ. c. 2. n. 186. & seqq.* Roding. *in Pandect. Camer. l. 1. t. 31. n. 4. & tit. 33. n. 4.* (ubi limitat si ratione nullitatis causa matrimonialis ad Cameram devolvatur,) Speidel. *in Specul. observat. Jurid. Histor. Polit. in verb.* Cammergericht.

multò minus hoc de inferioribus Statuum Judiciis merè secularibus tutò affirmandum, ac ipsis solis cognitio & decisio prædictarum causarum in secunda instantia attribuenda erit, argumento ducto â majori ad minus, qvod in jure nostro validum est

secund. Everhard. *in Topic. loc. â majori.*

Et licet (6) in terris Statuum Evangelicorum Imperii tam 60. Consistoria Ecclesiastica, quam Judicia secularia, unum eundemqve recognoscant Superiorem, & ab illo non minus Ecclesiastica ac secularis Jurisdictio dependeat, atqve eatenus nihil referre videatur, an Princeps omnium istorum Judiciorum supremus, in hoc vel illo Judicio finem liti imponat, attamen alia & diversa ratio est utriusque Jurisdictionis, & ad unam tantummodò merè secularia negotia, ad alteram vero Ecclesiastica saltem deferuntur, quæ idcircò turbari & confundi non debent.

confer. *text. in cap. ex tenore x. de for. compet. Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 15.*

Facit etiam huc, (7) qvod controversiæ matrimoniales, & 61. hinc etiam causa dissolutionis matrimonii & sponsaliorum, concernant rem conscientiæ & conjunctionem divinitus institutam, ac peculiaribus legibus divinis, con-

firmatam, ideoqve ab ejus cognitione & dijudicatione theologi, quibus cura animarum & conſcientiarum divinitus eſt demandata, etiam in ſecunda inſtantia tantò minus arcendi ſint.

ſecund. Gerhard. *in loc. de Conjug. §. 695. & ſeqq.*

62. Atque hanc ſententiam nobiſcum tuentur

B. Hülſemann. *in Breviar. Theolog. cap. 19. th. 19.*

& in eandem itidem inclin.

Havem. *in Gamalog. Synopt. lib. 4. tit. 4. pag. 549. circ. fin. & pag. 50.*

confer.

Kizel. *in Synopſ. matrim. c. 10. theor. 30. lit. E.* Mev. *p. 4. deciſ. 1.* (ubi de modo tractandi cauſas Conſiſtoriales coram Tribunali Regio Wiſmarienſi agit, ſimulqve ſtatuit, etiam ſecularia Judicia, qvoad cauſas Eccleſiaſticas, Judices eſſe poſſe, modò in iis ſuper iſtis non judicetur, niſi in conſilium adhibitis Theologis.)

ut &

Brunneman. *de Jur. Eccleſiaſt. l. 3. c. 10. §. 1. 2. 3.* ubi ſcribit, praxin eſſe, ut in cauſis Eccleſiaſticis vel etiam matrimonialibus Conſiſtoria retineant directionem Proceſſus, & poſtea ad Facultatem Juridicam non ſuſpectam transmittantur Acta, quando ſcil. ipſi Conſiſtoriales tulerunt ſententiam, & huic adjungi interdum poſſe Facultatem theologicam ejusdem Academiæ; vel etiam Principem in ſecretiori Conſilio, & adhibitis pro re nata theologis cognoſcere &c.

63. Qvod autem attinet Rationes dubitandi ſuprà â nobis ut & â Dn. Carpz. b. m. p. 3. deciſ. 240. pro affirmativa ſententia adductas, iſtæ tanti ponderis eſſe non videntur, ut ex illis univerſalis concluſio qvoad cognitionem & deciſionem omnium cauſarum matrimonialium, & qvod illæ â

ſolo

ſolo Judice ſeculari in ſecunda inſtantia indiſtinctè,& hinc etiam hocce caſu, quando de ipſo fœdere matrimoniali, ejusque confirmatione vel diſſolutione agitur, rectè expediatur, alia poſſit, Ad (1) enim reſpond. omnes textus ex 64.
Jure Canonico allegatos puta

cap. 39. x. de Appellat. c. 4. x. de Sponſal. c. 2. de Sponſa duor. c. 1. & 2. x. de matrim. contract. contra interd. Eccleſ.

prout ex contextu dd. capp. apparet, expreſſè loqvi de Appellatione ab Epiſcopis vel Prælatis ad Sedem Apoſtolicam & ſic de Judice Eccleſiaſtico inferiore ad Superiorem facta, ubi Jurisdictio in ſecunda inſtantia indubiè eſt fundata. Ad (2) reſpond. textus Jur. Saxonic. inprimis Or- 65.
dinationem Eccleſiaſtic. d. tit. 13. non indiſtinctè admittere Appellationes in cauſis Eccleſiaſticis, ſed in illis ſaltem caſibus, (da ſie zuläßlich und ſtatt haben) prout loqvuntur

Churfl. S. Landes- und Kirchenord. *ſuprà allegat. loc.*

& eo ipſo cauſas matrimoniales utpote â cognitione Judicis ſecularis exemptas, ſatis excludere. (3) Dn. Carpzov. d. 66.
deciſ. 240. pro indubio præſupponit. Appellationis Judicium ſeculare indiſtinctè in omnibus cauſis matrimonialibus eſſe fundatum, qvod ipſum præſuppoſitum, quam lubricum ſit, ex prædictis facilè pateſcit. (4) innititur Dn. 67.
Carpzov. d. l. ſaltem generalibus juris regulis, dum aſſerit, Appellationem eſſe quandam ſpeciem defenſionis, & ab omni gravamine, maximè in cauſis majoris momenti atqve præjudicii, ejusmodi matrimonialis eſt, recipiendam, cauſas matrimoniales ab hoc jure nullibi eſſe exceptas easque criminalibus, (qvatenus illæ in Proceſſu ordinario tractantur,) æquiparari, &c. adeoqve uti in iſtis Appellationes admittuntur, ſic etiam in hiſce provocationis remedium denegari non debere; ſed cum ſuprà ſatis ſit demon-

ſtratum, Judicem Appellationis etiam ratione cauſæ cognoſcendæ competentem, ipſiqve non minus ac Judici â qvo, cognitionem illius cauſæ commiſſam eſſe debere, matrimoniales verò cauſas â ſolo Judice ſeculari decidi non poſſe, proindè ſub generali illo principio de Appellationibus ab omni gravamine recipiendis, præſens caſus ſpecialis â regula exceptus, comprehendi neqvit, nec æquiparatio cauſæ matrimonialis cum criminali, locum invenit.

68. Et licet (5.) cauſæ matrimoniales hodiè mixtis accēſeantur, & hinc etiam in Conſiſtoriis noſtris ab Eccleſiaſticis ſimul & Politicis perſonis ſint decidendæ, & illæ quandoque in certis caſibus, certoque reſpectu ad forum ſeculare pertineant, velut apparet ex trad.

Winzler. *de Juriſdict. Epiſcop. German tit. 15.* Carpzov, *lib. 1. definit. Eccleſiaſt. tit. 1. def. 11. & l. 2. tit. 1. def. 1.* Dn. Ziegler. *de Jurib. Majeſt. l. 1. c. 29. §. 35.*

& iis, qvæ notavimus ſuprà h c. n. 40. Exindè tamen nullomodo ſeqvitur, iſto etiam caſu, & qvando quæſtio vertitur, de ipſa matrimonii ſubſtantia, vinculo, jure & viribus ejus, ſeu de ipſo fœdere matrimonii &c. Judicem ſecularem ſolum, remotis Eccleſiaſticis perſonis inſtantia cognoſcere in ſecunda, & ejuſmodi controverſiam matrimonialem terminare poſſe.

Qvantumvis igitur ex ſuprà deductis ſatis eluceat,
69. Theologos & Clericos â cognitione cauſarum matrimonialium, ne quidem in ſecunda inſtantia penitus excludi debere; Praxis tamen hodierna in quibuſdam locis Germaniæ, cumprimis in Electoratu Saxonico Nos contrarium edocet, ſecundum quam ſæpius Appellationes â Conſiſtoriis ad Principem illius Territorii, qui ibi Conſiſtorium conſtituit, & ſummam in ſacris habet poteſtatem, ejuſ-

qve

qve Curiam secularem seu Cancellariam etiam in matrimonialibus diriguntur, & posteà in Judiciis merè secularibus ad causas Appellationum decidandas peculiariter ordinatis exclusis Ecclesiasticis terminantur, confer.

Rudolph. Knich. *in Oper. Politic. l. 2. p. 1. c. 43. th. 12.* Et sic â decisis matrimonialibus supremi Consistorii Elector. Saxon. ad supremum Appellationis Judicium Dresdense plus simplici vice Appellationes factas, â Senatu Aulico prædictum Judicium dirigente receptas, & ibidem discussas, ac in secunda instantia sententias Consistoriales vel confirmatas, vel etiam nonnunquam reformatas fuisse novimus. Atqve ita observatum Anno 1637. in causa
Christian Böhmen Beklagten eines/ Marien Fleischerin 70.
Klägerin anders theils/ item Anno 1674. in causa M. W. Klägerin eines/ J. G. S. Beklagten anders/ ipsius Uxor: H. S. Intervenientin dritten theils/ & Anno 1682. in causa R. H. Klägerin eines/ C. H. Beklagten anders theils/ aliisq; pluribus.

INDEX
Rerum & Verborum accuratus & locupletissimus.

An-

De-

No-

do

Me-

pe-

firma

Spon-

Stupra-

Er-

Errata.

PAg. 8. n. 15. lege subscripta pro subscripto p. 10. lin. 2. l. absentes pro adsentes. p. 11. n. 24. l. sufficiat pro sufficeat. p. 12. lin. 1. ubi pro ibi. p. 13. lin. 4. l. nobis pro nolis. p. 21. n. 60. l. indiciis pro judiciis. p. 23. n. 69. l. juramentum pro juramenti, & dele verb. delatio p. 26. n. 74. lin. 8. dele verb. in p. 30. lin. 4. l. instituta pro instita. p. 32. n. 98. l. injungendam pro injugendam. p. 34. n. 105. post verb. anno, insere, publicirten Urthel. p. 35. n. 108 l. contractu pro contractum. p. 38. lin. 5. l. sic pro hic. p. 48. n. 9. juramento pro juramentum. p. 50. n. 15. post verbum quas, insere, absq; mora. p. 55. n. 27. l. aliaque pro alia. p. 57. n. 34. post verb. Ebrietatem, insere, modicam &c. p. 61. n. 49. l. indicia pro nidicia. p. 65. n. 63. lin. ult. l. & pro vel. p. 66. lin. 7. Imp. Leon. Nov. 93. pro Nov. Imp. 93. p. 67. n. 66. ihren pro seinen. p. 69. l. casum, pro casi. p. 70. n. 77. l. cupiat pro capiat. p. 76. n. 96. l. Celsus pro Coth. p. 78. lin. 5. l. morbis pro moribus. ead. pag. l. persona sana, pro personam sanam. p. 79. n. 102. l. Judicium pro Juridicum. eod. n. l. ejusque pro cujusque p. 80. lin. 9. l. aliosqve pro aliorumqve. lin. 10. l. allegatos, pro allegatorum. p. 81. n. 107. sponte pro ante. ead. pag. n. 109. post verb. Facultate, insere Theolog. p. 83. n. 114. l. jam pro quam. p. 87. n. 129. l. variolis, pro variclis. p. 89. n. 140. admissam pro admissum. p. 100. n. 4. intra, pro inter. p. 108. n. 23. post verb. dem unschuldigen theil/ insere, loß gezehlet und ihme ꝛc. p. 111. n. 35. l. observetur, pro observatur.

In parte secunda.

p. 121. n. 9. l. autem pro aut. p. 127. n. 32. adulteræ pro adultera. p. 128. n. 40. scorto, pro sicorto. p. 132. n. 49. l. cujusmodi pro ejusmodi. p. 138. n. 75. post verb. sacerdotali, insere, accedente. p. 146. lin. 5. etiam, pro &. ead. pag. n. 11. post verb. suprà, insere enim. p. 155. n. 48. in 4ta form. l. sententiæ definitive, pro senientiæ definitæ. p. 165. n. 3. l. naturali, a. pro naturalia ut. p. 167. n. 6. post verb. §. si maritus, insere. ff. solut. matrim. p. 175. n. 35. post verb. Weibes/ insere Schwester/ p. 190. n. 20. post verb. n. 9. & seq. insere usque. p. 204. n. 5. dele aut Nupt. & substitue, de, p. 209. n. 26. l. æstimandis, pro æstimandi, p. 217. n. 57. l. præstationem, pro præstitionem p. 220. n. 20. indefinitè pro indefinitivè. p. 222. n. 78. lin. pen. l. etiam pro & p. 224. n. 83. lin. 1. del. aff. p. 231. n. 12. l. Consortes, pro Censortes.

Reliqva corrigat benevolentia Lectoris.